This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Lt 1.516

Harvard College Library

From the
CONSTANTIUS FUND
Bequeathed by
Evangelinus Apostolides Sophocles
Tutor and Professor of Greek
1842–1883

For Greek, Latin, and Arabic
Literature

C. CORNELII TACITI DIALOGUS DE ORATORIBUS.

IN USUM SCHOLARUM SUARUM

RECENSUIT

ET

VARIETATEM LECTIONIS ADIECIT

GODOFREDUS SEEBODE

PHILOS. ET ANTIQUARUM LITTERARUM IN GEORGIA AUGUSTA DOCTOR.

GOTTINGAE,

APUD VANDENHOECK ET RUPRECHT.

MDCCCXIII.

Lt 1.516

HARVARD COLLEGE
MAY 9 1921
LIBRARY

Constantius fund

VIRO ILLUSTRI

Dr. GODOFR. EICHHORNIO

WESTPHALIAE EQUITI

UNICO LITTERATO VIRO

DE

SACRA ANTIQUITATE ILLUSTRANDA

EGREGIE MERITO

SPLENDIDISSIMO

ALMAE GEORGIAE AUGUSTAE

ORNAMENTO

CUI TOT ET TANTA DEBEO

CURAS HAS IN TACITO POSITAS

TAMQUAM

PIISSIMI ANIMI GRATISSIMIQUE

PIGNUS

SACRAS ESSE VOLUIT

EDITOR.

LECTURIS

S.

Paucula sunt, quae de hac Editione parata praemonenda duxerim. Cum *Historiis* Taciti absolutis de *Dialogo de Oratoribus* Tacito et adscripto et abdijudicato Scholas habere apud me constituissem, nec exiguo pretio parabilem adesse editionem seorsim divulgatam intellexissem: ipse ad hanc curam suscipiendam me accinxi, ita ratus rem etiam aliis haud inutilem me facturum, si Lectionis Varietate ex subsidiis collecta, textuique subjecta meliorem, quae mihi scilicet visa sit, eruerem lectionem, textumque a Criticis saepe temere mutatum in pristinam integritatem restituerem. Qua in re ita versandum mihi esse duxi, ut, ne nimis augeretur libri moles, solum Varietatem Lect. caussis, quae ad hanc aut ejiciendam aut recipiendam vocem me moverint, praetermissis silentio, in Scholis vel alio opportuniori loco enarrandis, adjicerem. Textum nunquam temere correxi, sed ad fidem Librorum, Editionumque a Viris Eruditis curatarum conformavi, in iisque locis, quae adhuc male intellecta vidi, vel audacis Critici manu corrupta, probabilem conjecturam aut emendationem substitui. In

me

me autem, qui *Dialogum*, quem Tacito, juveni, ob acutum, preſſum, ſeverumque dicendi genus, ad eo ſane, quod in caeteris Taciteis operibus cernitur, diverſum, deberi crediderim, non antea, quam ad parandam ejusdem Editionem adjeciſſem animum, curioſe et critica ratione tractarim, lites illaturos eſſe Criticos haud ſpero, ſed, ut, quid inde notandum eſſe et reprehendendum cenſeant, ingenue profiteantur et velim et rogo. — Ad Taciti opera ipſa ſi omnibus, quae adhuc exſtant, comparatis ſubſidiis ſatis aptum me, idoneumque, et triſtiſſimas, in quas temporum injuria me adduxit, anguſtias remotas eſſe videro, ſique labores meos iis, qui apud me habent auctoritatem, non ingratos, nec injucundos fuiſſe cognovero, ad ſtudia mea, curasque ex longo jam tempore in Tacito poſitas divulgandas atque cum Eruditis communicandas me accingam. Benevolos, harumque rerum peritos Lectores, ut, ſi qua in re me erratum repererint, quod non uno loco ne factum ſit vereor, aut ignoscant mihi, aut in viam me reducant, velim rogatos. Malignorum autem hominum judiciola, ineptorumque opiniones non pungere me profiteor. —

Scr. Gottingae in Alma Georgia Auguſta d. IX. Maj. MDCCCXIII.

C.

C. CORNELII TACITI
DIALOGUS
DE
ORATORIBUS a).

SAEPE ex me requiris, Juſte Fabi, cur, 1.
cum priora ſecula tot eminentium oratorum ingeniis gloriaque efflorverint, noſtra potiſſimum aetas deſerta, et laude *b*) orbata, vix nomen ipſum *oratoris* retineat. Neque enim ita appellamus, niſi antiquos: horum autem temporum diſerti, cauſſidici et advocati et patroni et quidvis potius, quam oratores vocantur. Cui *c*) percunctationi tuae re-

a) In Msscr. Vaticanis: *C. Corn. Taciti dialogus de oratoribus*, Edit. princ. *Corn. Taciti Equitis Romani Dialogus de oratoribus claris.* Puteol. et Beroald. *Corn. Taciti Equit. Rom. dialogus, an ſui ſaeculi oratores antiquioribus et quare concedant.* Vulgo: *de cauſſis corruptae eloquentiae.*

b) Mss. Vatic. *laude eloquentiae* a Broterio et Schulzio receptum, Erneſtioque probatum. Gronov. *defecta ea laude et o.* Brot. *diſerti, at l. e. o.* Schurzfleiſch: *diſerta.* Heumann. *diſertae laude o.* textum autem refinxit: *aetas priſtina laude o.* Sed locum ſanum fruſtra tentarunt critici. At, ſi vis, corrige: vel deleto τῷ deſerta — *eloquentiae laude orbata* vel: *diſerta* (quidem), *at l. eloquentiae o.* — Mox in Vatic. (Brot.) *appellemus.* probo.

c) Ed. Princeps *percontationi*, quod recepit Oberl.

reſpondere, et tam magnae quaeſtionis pondus excipere, ut aut de ingeniis noſtris male exiſtimandum *d*) [ſit], ſi idem aſſequi non poſſumus, aut de judiciis, ſi nolumus, vix hercule auderem, ſi *e*) mihi mea ſententia proferenda, ac non diſertiſſimorum [ut] noſtris temporibus hominum ſermo repetendus eſſet, quos eamdem hanc quaeſtionem pertractantes, juvenis admodum audivi. Ita non ingenio, ſed memoria ac recordatione opus eſt, ut, quae a praeſtantiſſimis viris et excogitata ſubtiliter et dicta graviter accepi, cum ſinguli *f*) diverſas, vel easdem, ſed probabiles cauſſas afferrent, dum formam ſui quisque et animi et ingenii redderet, iisdem nunc numeris, iisdemque *g*) rationibus perſequar, ſervato ordine diſputationis. Neque enim defuit, qui diverſam quoque partem ſuſciperet, ac, multum vexata et irriſa vetuſtate, noſtrorum temporum eloquentiam antiquorum ingeniis anteferret.

Nam

d) *ſit* uncis incluſum primus e Cod. Farnes. repoſuit Lipſius. Cod. Rom. *exiſtimandum habeam*. Schurzfl. voculas has ſpurias damnat.

e) Mss. Vat. Ed. Princ. Put. Ber. *ſi mihi mea*, quod cum Oberlino recepi. Mox *ac* delet Heum. *Ut* uncis incluſum tacitus repoſuit Lipſ.

f) *vel easdem* ſupereſſe cenſeat Lipſ. et Muret. *div., ſed easdem* (vel: *eas*) *valde probabiles* Acidal. *nec eas improbabiles* Heum. Locum, fortaſſe praeterea ſanum, ſic lege: *diverſe vel* (et ipſas) *easdem*.

g) Vulgatum *orationibus* in noſtrum commutavit Lipſius. Erneſt. Schulz. Oberl. omiſerunt ſine ulla ratione *τὸ que* poſt *iisdem*. Reſtitui illud. Prius haud improbabiliter conjeciſſe mihi videor *iisdemve*, quae particula in littera *o* (*rationibus*) nunc emiſſa ineſſe potuit.

Nam postero die, quam *h*) Curiatius Ma- II.
ternus *Catonem* recitaverat, cum offendisse potentium animos diceretur, tamquam in eo tragoediae argumento sui oblitus, tantum Catonem cogitasset, eaque de re per Urbem frequens sermo haberetur, venerunt ad enm M. Aper et Julius Secundus, celeberrima tum ingenia fori nostri; quos ego in judiciis non utrosque modo studiose audiebam, sed domi quoque et in publico affectabar, mira studiorum cupiditate et quodam ardore juvenili, ut fabulas quoque eorum et disputationes et *i*) arcana semotae dictionis penitus exciperem: quamvis maligne plerique opinarentur, nec Secundo promptum esse sermonem, et Aprum ingenio potius et vi naturae, quam institutione et litteris, famam eloquentiae consecutum. Nam et Secundo purus et pressus et, in *k*) quantum satis erat, profluens sermo non defuit: et Aper *l*) [cum] eruditione imbutus, contemnebat potius litteras quam nesciebat, tamquam majorem industriae et laboris gloriam habiturus, si ingenium ejus nullis alienarum artium adminiculis inniti videretur. Igitur ut intravi- III.
mus cubiculum Materni, sedentem, ipsum *m*), quem

h) Ed. Vett. *accuratius*. Lipsius ex Cod. Farnes. et Brot. ex Mss. Vat. nostram dederunt lectionem.

i) Heum. *arcanas dictiones*.

k) Editt. Vett. *in quem*. Nostra est Rhenani.

l) *Cum eruditione* est lectio libb. Rhenanus conjecit *communi*, quem deinceps omnes fere sequuti sunt. Nic. Heinsius *comi erud.* Acidal. *omni*, quod habent etiam Mss. Vat. Nos uncis praepositionem inclusimus et e textu ab inepto sciolo profectam censemus delendam.

m) *ipsum, et quem* sic addita ex Roman. (i. e. Ed. pr. Spir.) particula *et* edidit Lipsius, quae adhuc

quem pridie recitaverat, librum intra manus habentem, deprehendimus.

Tum Secundus: *Nilne* te, inquit, Materne, fabulae malignorum terrent, quo minus offensas *Catonis* tui *n*) ames? An ideo librum istum *o*) deprehendisti, ut diligentius retractares, et sublatis, si quae pravam interpretandi materiam dederunt, emitteres *Catonem*, non quidem meliorem, sed tamen securiorem? Tum ille, *Leges p*), quid Maternus sibi debuerit, et agnosces, quae audisti: quod si qua omisit *Cato*, sequenti *q*) tracta-

huc constanter in Editt. conservata est. Nos expunximus illa, quam textus profert, ratione. — Vide, an in sequentibus pro insolita dictione *intra manus habentem* velis substituere *inter m. h.* — Mox Heum: *nil te, κακοφωνίαν* sibi fingens.

n) Lectio vulgata erat *offensas Catonis tui aures*. Rhenan. *offendas* vel *offenses C. t. aures*. Nic. Heinsius: *offensas C. t. averseris*. Saliner. servat. Codd. lectionem, *recolas* supplens. Nostra est Lipsii.

o) Librorum lectio *deprehendisti*, quam proprio et bono sensu recepimus. *Reprehendisti* conjectura Lipsii, *apprehendisti* Rhenani; quae lectio omnibus fere probata est. Schulz. recepit Lips. *reprehendisti*. Schurzfl. *isthuncce librum prehendisti*. Heumann. *perlustrasti*.

p) Nostra ab editoribus neglecta lectio e Mss. Libb. est, quae Mss. Vatic firmatur. Ed. pr. Spir. *leges.: tu quidem Maternus sibi debueris et agnosces*. Puteol. inde: *leges tu quidem, si volueris*. Sequuti sunt Beroaldus, Lipsius, Muretus, qui praeterea voluit *leg. t. q. si volueris at agnosces, quid Maternus sibi debuerit*, deletis istis *quae audisti*. Nos Libb. lectionem, bonum proferentem sensum, veram putamus; at legi maluerimus ex Ed. pr. Spir. *leges tu quidem, quid M. f. d*

q) Lipsii opinionem pro libb. lectione, *tractatione*, conjectantis *recitatione* amplexi sunt plerique Editt. Sic etiam habent Mss. Vatic. Acidalius *actione*.

tractatione *Thyeſtes* dicet; hanc enim tragoediam diſpoſui jam, et intra me ipſe formavi. Atque ideo maturare libri hujus editionem *r*) feſtino, ut dimiſſa priore cura, novae cogitationi toto pectore incumbam. *Adeo* te tragoediae iſtae non ſatiant, inquit Aper, quo minus, omiſſis orationum et *s*) curarum ſtudiis, omne tempus modo circa *Medeam*, ecce nunc circa *Thyeſten*, conſumas? cum tot amicorum cauſſae, tot coloniarum et municipiorum clientelae in forum vocent, quibus vix ſufficeres, etiamſi non novum tibi ipſe negotium *t*) importaſſes, *Domitium* et *Catonem*: id eſt, noſtras quoque hiſtorias et Romana nomina Graecorum fabulis *u*) aggregares.

Et *v*) Maternus: *Perturbarer* hac tua ſeveritate, niſi frequens ac aſſidua nobis conten- XV.

r) Omnium Libb. noſtra lectio eſt. Gronov. *geſtio*. Heinſius *deſtino*, quae conjectura permultis Editt. placuit. Sed verba haec *feſtinare* (propere agere) et *maturare* (ad maturitatem, perfectionem perducere) differunt.

s) Vulgat. lectio, quam recepimus, *curarum ſtudiis*, a multis Editt. conſervata. Lipſius conjecit *cauſſarum p.*, quam primus recepit Pichena, quem deinde Editorum grex ſequutus eſt. Sic cap. IV. pro *Muſarum* ſubſtitutum eſt *cauſſarum*, ſimili ratione. *Cura* verbum πολύσημον eſt. h. l. pro *defenſionibus*, *patrociniis*. c. VI. pro ipſa *oratione*. Gronov. intelligit *monumenta* et *opera* ingenii, in quae intenditur animus. — Mox pro *ecce nunc circa* conjecit Schultingius *excetram*.

t) Acidalius voluit *impoſuiſſes* vel *imperaſſes*. — Haud male in ſeqq. Mss. Vat. *ſuffeceris*.

u) *Aggregare* legerunt Pithoeus et Muret., quod ad *negotium* retulerunt. Secuti ſunt Schulz. Oberl. — Heumann. *aggregans*.

v) Pro *et* maluit Heum. *at*. — Mox pro *ac* Erneſti corrigi jubet *atque*.

tentio jam prope in consuetudinem vertisset. Nam nec tu agitare et insequi poëtas intermittis, et ego, cui desidiam *x*) advocationum objicis, quotidianum hoc patrocinium *y*) defendendae adversus te poëticae exerceo. Quo laetor magis, oblatum nobis judicem, qui me vel in futurum vetet versus facere, vel, quod jam pridem opto, sua quoque auctoritate compellat, ut omissis forensium *z*) Musarum angustiis, in quibus satis mihi superque sudatum est, sanctiorem istam et augustiorem eloquentiam colam.

v. *Ego* vero, inquit Secundus, antequam me judicem Aper recuset, faciam, quod probi et modesti judices solent, ut in his cognitionibus *a*) [se] excusent, in quibus manifestum est, alteram apud eos partem gratia praevalere. Quis enim nescit, neminem mihi conjunctiorem esse et usu amicitiae, et assiduitate contubernii, quam Saleium Bassum, cum optimum virum, tum absolutissimum poëtam? Porro si poëtica accusatur, non alium video reum locupletiorem. *Securus* sit,

x) Libri dant *cui desidiam advocamur*, Rhenan. *cui desidiae notamur*, Muret: *qui desii jam advocari*, Nostra est Lipsii, qui sic e Libro suo correxit.

y) Vulgata Libb. Lectio *defendens adversus te poëtice*. Nos servavimus adhuc libri, quem contulit Lipsius, correctionem; sed nescimus, an scribendum sit *quot. h. patrocinium defendens* (tuens) *adversus te poëticen exerceo* vel: *quot. h. patrocinium, defendens adversus te poëticen, exerceo.*

z) Schelius conjecit *caussarum*; quod firmatur Mss. Vat. et receptum est ab Ernestio, Broter., Schulz. Oberl. Nostra Libb. Mss. est. Heins. proposuit *curarum* (quod maluit); *rixarum*, *tricarum*.

a) Uncis inclusum *se* a novissimis Editt. additum est. — Mox e Lipsii margine legitur pro *gratiae* Vulg. *gratia*.

fit, inquit Aper, et Saleius Baſſus, et quisquis alius ſtudium poëticae et carminum gloriam fovet, cum cauſſas agere non poſſit *b*). Et ego enim, quatenus arbitrum litis hujus inveni, non patiar, Maternum ſocietate plurium defendi; ſed *c*) id ipſum ſolum apud eos arguam, quod natus ad eloquentiam virilem et oratoriam, qua parare ſimul et tueri amicitias, adſciscere nationes, complecti provincias poſſit *d*), amittit ſtudium, quo non aliud in civitate noſtra vel ad utilitatem fructuoſius, vel ad dignitatem amplius, vel ad Urbis famam pulchrius, vel ad totius Imperii atque omnium gentium notitiam illu-

b) Codd. lectio *et ego enim, quatenus arbitrium litis hujus inveniri non patiar, Maternum ſolicite plurimum defendi.* Pithoeus locum ſic conſtituebat: *ego enim, quatenus arbitrum litis hujus inveni, non patiar, Maternum ſocietate plurium defendi.* Cod. Farneſ. lectionem *ſocietate plurium* praebet, Schurzfl. ſic: *Et ego enim, q. arbitrum l. h. invenero, non patiar Maternum ſoli tibi defendi.* Heinſ. ſuadebat *etenim et ego* vel *te ego enim.* Muret. *ego enim, quando te uunc arbitrum.* Bipontt. ſequentes Pithoeum ſcribunt *at ego enim.* Nos legendum cenſemus *At* (vel *et*) *equidem, quatenus arbitrium litis hujus invenero, non patiar, M. ſocietate plurium d.*

c) Vulg. Lect. *ſed et ipſum.* Noſtra Rhenani. Muret. delebat τὸ *et*, quem ſequutus eſt cum Schulz. Oberlinus. Pichon. malebat *ſed hoc ipſum.* — Mox dedimus vulg. *eos.* Lipſ. *apud vos*, omnibus fere poſt eum probatum. Acidal. *apud te eo arguam.* — Pro ſequenti *nationes* haud inepte proferunt Ms. Vat. *neceſſitates* et Mss. Vat. duo *neceſſitudines.*

d) Rhenan. maluit *omittit*, quod Muret Acidal. Heum. probatur. — In ſeqq. inter *fructioſius* .... *vel — amplius* verba haec excidiſſe putat Schulting. *vel ad voluptatem honeſtius.*

luſtrius excogitari poteſt. Nam ſi ad utilitatem vitae omnia conſilia *e*) factaque noſtra dirigenda ſunt, quid erit tutius, quam eam excercere artem, qua ſemper armatus praeſidium amicis, opem alienis, ſalutem periclitantibus, invidis vero et inimicis metum et terrorem ultro feras, ipſe ſecurus, et velut quadam perpetua potentia ac poteſtate munitus? cujus vis et utilitas, rebus *f*) proſpere fluentibus, aliorum praeſidio et tutela intelligitur: ſin proprium periculum increpuit, non hercule lorica et gladius in acie firmius munimentum, quam reo et periclitanti eloquentia, praeſidium ſimul et telum, quo propugnare pariter et inceſſere, vel in judicio, ſive in Senatu, ſive apud Principem poſſis. — Quid aliud infeſtis patribus nuper Eprius Marcellus, quam eloquentiam ſuam oppo-

e) *Que* adjecit Lipſ. e lib. Roman. — Mox pro *tutius* conjecit Acidal. *utilius*, Erneſtio probante, et Heumanno recipiente. — Pro *erit* Mss. Vatic. *eſt*. Ed. princ. *enim*. Ut orationis vis augeatur, deleam.

f) Vulg. lect. *rebus prope fluentibus aliorum*, pr. Pithoeus corrigebat *rebus probe fluentib., aliorum pr. et tut*. Lipſ. pro *probe* conjiciebat *proſpere*, quod firmantibus Mss. Vatic. plurimi receperunt. Schurzfl. reſingebat *pro ſpe*. Pro *praeſidio* dant *profugium* et *perfugium* Mss. Vat. haud male. Sed ſeqq. *praeſidium* et *telum* tuentur noſtrum. — Lectionem *increpuit* e Cod. Farneſ. reſtituit Lipſ. In Vett. Editt. *irrepat*. — Mox Libb. Mss. habent *loricae gladius*, quod tamen probat Schurzfl. Rhen. dedit. *lorica aut gladius*. Nos, ad priscam ſcripturam accedentes, ſcripſimus *lorica* et *gladius*. — *Reo et periclitanti* lectio Codd — Acid. rejecit *et*, Schulz. ex textu expunxit. — *Eloquentiae praeſidium* Lipſ. primus plerisque adſtipulantibus legiſſe videtur. Priſcum Acidal. reſtituit. — Mox male Muret. *ſive in judicio*, probantibus Acidal. et Heum. —

oppoſuit *g*)? qui accinctus et minax, diſertam quidem, ſed inexercitatam et ejusmodi certaminum rudem Helvidii ſapientiam elusit. Plura de utilitate non dico, *h*) cui parti minime contradicturum Maternum meum arbitror.

VI. Ad voluptatem oratoriae eloquentiae tranſeo, cujus jucunditas, non uno *i*) aliove momento, ſed omnibus prope diebus et prope omnibus horis contingit. Quid enim dulcius libero et ingenuo animo et ad voluptates honeſtas nato, quam videre plenam ſemper et frequentem domum concurſu ſplendidiſſimorum hominum? idque ſcire non pecuniae, non orbitati, neque *k*) officiis alicujus adminiſtrandis, ſed ſibi ipſi dari? illos quinimmo orbos et locupletes. *l*) [et

g) *Qua accinctus* Urſinus (qui tamen *arrinctus* voluit) et Acidalius, Heum. Schulz. Oberl. receperunt.

h) Edit. Pr. *cum partim*, unde Puteol. et alii. *cum praeſertim* Lipſ. ex vetere libro repoſuit *cui parti*, quod firmant Mss. Vat. Gronov. *ne illi quidem parti*. Cum Schulz. Oberlinus reſcripſit *arbitror*. Equidem lego: *cui praeſertim — arbitror*. Indicativus in Ed. Puteol. Beroald. Caeterum lect. vulg. boni ſenſus.

i) Libri editi habent noſtrum. Gron. *alterove*. Schurzfl. conjecit *aliquo*. Sic etiam Mss. Vat. et ex his omnes Editt. — Mox *ſed prope* Schurzfl. Heum. — In ſeqq. *domum ſuam* Mss. Vat. quod recepit Broter.

k) Pro noſtra tacitus poſuit Lipſ. *officii alicujus adminiſtrationi*. Lectio ab omnibus recepta. Schurzfl. tentabat *alius*. *Non officii* habet Ms. Vat. — Mox ſcripſit *tibi ipſi* Gronovius, a Schulz. textui inſertum.

l) *et potentes* uncis incluſum e libro ſcripto addidit Lipſ. Acidalius omnibus probatum ſprevit, de-

[et potentes] venire plerumque ad juvenem et pauperem, ut aut sua, aut amicorum discrimina commendent. Ullane tanta ingentium opum ac magnae potentiae voluptas, quam spectare homines veteres et senes, et totius orbis gratia subnixos, in summa omnium rerum abundantia confitentes, id, quod optimum sit, se non habere? Jam vero, qui togatorum comitatus et egressus! quae in publico species! quae in judiciis veneratio! quod gaudium consurgendi *m*) assistendique inter tacentes, in unum conversos: coire populum, et circumfundi *n*) corona, et accipere affectum, quocumque orator induxerit! Vulgata dicentium gaudia et imperitorum quoque oculis exposita, parva censeo. Illa

depontaneos conjiciens. In seqq. haec: pro *quam* maluit Heum. *quanta*. — *Veteres* ejiciendum esse putat Acid. et legit *homines senes*. Heins. pro *veteres* conjicit *victos* vel *caelibes*. — Pro vulg. lectione *orbis* reposuit probantibus omnibus Pithoeus *urbis*. Idem aliquando: *ipsius orbitatis gratia*. — Pro *optimum* Gronov. *apud te*. — Mox Heinsius voluit *comitatus est egressq.*

m) *Adsistendique* non placuit Ernestio, *dicendiq.* conjectanti, Heins. *consurgenti adsistentique* vel *adsilientiq.* — Ante *in unum* Acidalius addit copulam *et*. Heum. recepit. Heins. sic connectit, *in unum conversо ore coire populum*. — *Et* ante *confundi* delet Acid.

n) Vulgata Lectio *coram* nescio an defendenda. Acidalius primus *coronam*. Nostrum ex Heins. et Schulz. opinione. — Mox e vulg. *quacunque orator induxerit* nostrum dedimus. Lips. *quemcunque orator induerit*, quod probarunt omnes fere. Schurzfl. *respexerit*. — In seqq. praetulimus vulgat. lectionem *parva censeo*. Sequitur *majora sunt*, quae verba delet Acid. Lips. e libro *percenseo*. Sic Ed. pr. Put. et Recentiores.

illa secretiora, et tantum ipsis orantibus nota, majora sunt. Sive accuratam meditatamque affert orationem; est quoddam sicut ipsius dictionis, ita gaudii pondus et constantia: sive novam et *o*) recentem curam non sine aliqua trepidatione animi attulerit, ipsa sollicitudo commendat eventum et lenocinatur voluptati. Sed extemporalis audaciae atque ipsius temeritatis vel praecipua jucunditas est. Nam in ingenio quoque, sicut in agro, quamquam alia diu serantur atque elaborentur, gratiora tamen, quae sua sponte nascuntur.

Equidem ut de me *p*) ipse fatear, non VII.
eum diem laetiorem egi, quo mihi latus clavus oblatus est, vel quo homo novus, et in civitate minime favorabili natus, Quaesturam aut Tribunatum aut Praeturam accepi: quam eos, quibus mihi, pro mediocritate hujus quantulaecumque in dicendo facultatis, aut reum prospere defendere, aut apud Centumviros causam aliquam feliciter orare, aut apud Principem ipsos illos libertos et Procuratores Principum tueri et defendere datur. Tum mihi supra Tribunatus et Praeturas et Consulatus ascendere videor, tum *q*) habere, quod, [si non in alio oritur,] nec

o) Erneſt. *repentem* maluit. — Acidalio vox *curam* abundare videtur et ſcribi vult *nov. recentem, nec accuratam.* — Libb. Mss. et Edd. Vett. *animus.* Pichena primus correxit. — *In* ante *ingenium* addidit Acidal. — Mox pro *alia diu* voluit Erneſt. *utilia* (vel *utiliora*) *quae diu.* —

p) Noſtra eſt Vett. Editt. Rhen. *ipſo.* et Mss. Vat.

q) Vulg. *tum abire* *: *quod ſi non in alio oritur, nec cedicillis d.* Agricol. *tum ſupra me abire.*

nec codicillis datur, nec cum gratia venit. *r*) Quae fama et laus cujusvis artis cum oratorum gloria comparanda eſt, qui non illuſtres in Urbe ſolum, apud negotioſos et rebus intentos, ſed etiam apud juvenes et adoleſcentes, quibus *s*) et morum indoles eſt et bona

Muret. *tum habere, quod.* Pithoe. *tum habere, quod non in alvo oritur.* Barth. *tum abire divus: quodſi non in alvo oritur.* Lipſ. *tum habere, quod ſcilicet non in atrio oritur.* Huet. et Rutgers. *tum habere, quod in ſe, non in alio oritur.* Hoc Broter. recepit. Acid. *tum habere, quod non in tabulis diribitur.* Schel. *t. h., quod non in alios congeritur* vel *confertur.* Freinsh. *t. h. q., ſi non in animo oritur.* Douza: *tum in coelum abire.* Heinſ. *t. in coelum abire, quod fiduciae non in alio oritur.* Schulting. *t. i. c. a.* ſeu *tum ſublimis abire, quod id ſcilicet non in alio moritur. Nec* — Vel: *quod ſcilicet non ab alio oritur.* Pichon: *t. h., quod ſcilicet non in alio hauritur,* vel: *quod nec in alio oritur, nec* — Schurzfl. *t. i. c. a. quod id non ab alio oritur.* Erneſt. *tum habere, quod, ſi non in ipſo oritur.* Bipont. *tum habere, quod, ſi non in ſuo oritur, nec codic.* Nodellus: *tum habere, quod non in aula oritur.* Schulz. *ſi n. i. a. oritur* gloſſema eſſe cenſet et delet. Oberl. conjecturam Freinshemii recepit. Etiam Drück. in Interp. germ. omiſit. Faehſe: *ambire* et *in animo* vult. Erneſt. conjectura haud inepta nobis videtur. Nos uncis includimus Lect. Vulg.; quamquam gloſſema non eſſe putamus. — Mox ante *codic.* adjicitur *in.* Mss. Vat. bene negligunt. — Acid. delet *cum* ante *grat.* —

r) Acidal. *jam quae f.* Editt. Vett. *quid fama.* Schurzfl. conjecit *Quid? fama an laus* — vel: *et quae f. et l. cujus a.* Ante Beroaldum legebatur *cujus.*

s) Lipſ. ex Rom. Edit. annotavit *major indoles,* nonnullis probatum. Acidal. apte conjecit *quibus* (*et*) *majorum indoles eſt.* Sic etiam Schelius. Noſtra eſt vulgaris, quam bene defendit Gronov.

Vulgo

bona ſpes ſui? Quorum nomina prius parentes liberis ſuis ingerunt? Quos ſaepius vulgus imperitum, et tunicatus hic populus transeuntes nomine vocat et digito demonſtrat? Advenae quoque et peregrini, jam in municipiis et coloniis ſuis auditos, cum primum Urbem attigerunt, requirunt ac vultus agnoſcere concupiſcunt.

VIII. Auſim contendere, Marcellum hunc Eprium, de quo modo locutus ſum, et Criſpum Vibium (libentius enim novis et recentibus, quam remotis et oblitteratis exemplis utor) non minus *t*) eſſe in extremis partibus terrarum, quam Capuae aut Vercellis, ubi nati dicuntur: nec hoc illis *u*) alterive ter millies ſeſtertium praeſtat, (quam-

Vulgo tamen omittebatur *et*. Muret. *quibus modo et indoles eſt*. Bipont. *quibus modo rectior i. e.* Brot. e Mss. Vat. legit *q. modo recta et indoles eſt*; quem Oberl. ſequutus eſt.

t) Lipſ. et Urſin. addiderunt *notos*, quod Heum. et Schulz. receperunt. Barth. Rutgers. Schurzfl. voluerunt *non minoris eſſe*, quod praetulerunt Bipontt. Schelius: *non minus noſci*, ab Oberlino textui inſertum. Pichon. e prioribus ſupplet *auditos* vel legi mavult *illuſtres* ob ſequens *in extremis*. — Antea in margine pro *novis* ſcripſit Lipſius *notis*. —

u) Libb. Editi: *nec hoc illis alterius*. Lipſ. *nec hoc illis alterius ter millies, alterius bis millies HS. praeſtat — ſed ipſa*. Rutgers. *illis alterutrius*. Rudolph. Agricol. *nec hoc illis utriusque*. Barth: *illis alterive*. Hanc lectionem, quae eſt in Edit. Oxon. Quintil. a. 1675, probante Erneſtio recepimus. Schulting. idem, vel *illi aut alteri*. Huetius *illi alterive*, quem Broter. ſequutus eſt. Freinshem. *nec hoc illis ter millies — ſed i. eloq.* Pichon.

(quamquam ad has ipsas opes possunt videri eloquentiae beneficio venisse), sed ipsa eloquentia; cujus numen et coelestis vis multa quidem omnibus seculis exempla edidit, ad quantam usque fortunam homines ingenii viribus pervenerint. Sed haec, ut supra dixi, *v*) proxima, et quae non auditu cognoscenda, sed oculis spectanda habemus. Nam quo sordidius et abjectius nati sunt, quoque notabilior paupertas et angustiae rerum nascentes eos circumsteterunt, eo clariora et ad demonstrandam oratoriae eloquentiae *x*) utilitatem illustriora exempla sunt: quod sine commendatione natalium, sine substantia facultatum, neuter moribus egregius, alter habitu quoque corporis contemptus, per multos jam annos potentissimi *y*) . . . . , ac, donec libuit, principes fori, nunc

illis, alterius bis, alterius ter millies — sed. vel Freinsh. opinionem probat. Acid. et Heum. *nec hoc illis alter. ter millies, alter.* * *HS. praestat.* — De La Monnoye: *nec hoc illis ulterius.* Bipont. *nec hoc illis saltem t. m. praestat — ipsâ eloquentiâ* — Oberl. recepit. — *Sed* ante *ipsa eloq.* bene restituit Freinsh. cum Lipsio.

v) Lipsius e Cod. Farnes. *proxima.* Caeteri habent *propria.* — *Haberemus* Vulg. Lect. *Habemus* ex sententia Acidal. — In seqq. pro Vulg. Lect. *angustiam ereptum* Lipsius *angustia rerum.* Pluralem, suadentibus Heuman. et Pichon., recepimus cum Schulzio. Sed aliud verbum in τῷ *ereptum* latere putamus. — Rud. Agric. *angustia parentum.*

x) Acid. *nobilitatem.* — Pro *quod* Heum. *qui* mavult.

y) In Vett. Editt. lacuna post *potentissimi . . . ac d.* Lipsius explevit verbis *sunt civitatis.* Rud. Agric.

nunc principes in Caesaris amicitia, agunt feruntque cuncta, atque ab ipso Principe cum quadam reverentia diliguntur: quia Vespasianus, venerabilis senex et patientissimus z) vir, bene intelligit, caeteros quidem amicos suos niti iis, quae ab ipso acceperint, quaeque ipsi accumulare, et in alios congerere promptum est; Marcellum autem et Crispum, attuliſſe ad amicitiam suam, quod non a Principe acceperint, nec accipi possit. Minimum inter tot ac tanta locum obtinent imagines ac tituli et statuae, quae neque ipsa tamen negliguntur: tam hercule, quam divitiae et opes, quas facilius invenies, qui vituperet, quam qui fastidiat. His igitur et honoribus et ornamentis et facultatibus refertas domos eorum videmus, qui se ab ineunte adolescentia cauſſis forensibus et oratorio studio dederunt.

Nam

Agric. *in judiciis.* Heum. omisit *sunt.* Heins. pro *civitatis* conjicit *centumviratu.* Nos quidem non verbum aliquod v. c. *sunt* (vel melius *fuerunt*) excidisse putamus, sed, si quid, subſtantivum. Non male igitur Rud. Agric. — *Agunt, ferunt* verba vulgari significationi adversantia putat vitiosa Ernesti. —

z) Vett. Editt. habent nostram lectionem, quam Bipont. et Oberl. revocarunt; a Lipsio profectum esse videtur *pat. veri.* Acid. *sapientissimus vir.* Heins. *paci intentissimus vir* vel *attentissimus juri.* Legit igitur: *attentissimus p. rei* vel *patriae attentissimus rei,* vel denique: p. (*publicae*), *attentissimus rei.* — Mox *iis* post *niti* a Lipsio. Deest in Ed. Vett. — Idem e Cod. Farnes. dedit *tituli* in seqq. pro vulgata lectione mendosa *Attali.* — In fine capitis *qui,* ante *fastidiat* insertum a Mureto, est in Ed. Vett. et Mss. Vat. —

IX. Nam carmina et versus, quibus totam vitam Maternus insumere optat (inde enim omnis fluxit oratio) neque dignitatem ullam auctoribus suis conciliant, neque *a*) utilitates alunt: voluptatem autem brevem, laudem inanem et infructuosam consequuntur; licet haec ipsa, et quae deinde dicturus sum, aures tuae, o Materne, respuant. *b*) Crebro etsi apud te Agamemnon aut Jason diserte loquitur, quis ideo domum defensus et tibi obligatus redit? Quis Saleium nostrum, egregium poëtam, vel, si hoc honorificentius est, praeclarissimum vatem deducit aut salutat aut prosequitur? Nempe, si amicus *c*), si propinquus, si denique ipse in aliquod negotium inciderit, ad hunc Secundum recurret, *d*) aut ad te, Materne, non, quia

a) Barth. *utilitate se alunt.* — Mox omissum *o* ante *Materne* revocavimus.

b) Lips. e libro pro vulg. *crebro et si apud* se correxisse ait *cui bono est.* Sed vereor, ne sit ingeniosa sagacissimi Viri conjectura. Equidem vulg. praeferendam duxi. — Mox ante *tibi* male *et* neglexerunt Recentiores. — In seqq. tacitus scripsit Schulz. *Saleium, nostrorum egreg.*

c) Ex tacita Lipsii conjectura in textum migravit *ejus* post *amicus.* Delevi. — Mox *ipse* abest ab edit. pr. Puteol. supplevit *aliquis.* — Gronov. maluit *decurret.*

d) Puteol. lectio, quam recepit Oberl., a Beroaldo, Rhenano servata *non ad te, M., quia p.* Placet. Antiquam ex Ed. Spir. reduxit Lips. — Laborare locum hunc Oberl. videtur. Pro *hi enim* conjicit *hi etiam* — Heuman. pro *extudit* correxit *excudit.* Lips. pro vulgata haud inepta lectione *extulit* substituit nostram. — In Ed. Pr. *auditorium.* In seqq. ante Rhenan. *adjutorium.* — Lipsius

quia poëta es, neque ut pro eo verſus facias: hi enim Baſſo domi naſcuntur, pulchri quidem et jucundi: quorum tamen hic exitus eſt, ut, cum toto anno, per omnes dies, magna noctium parte, unum librum extudit et elucubravit — rogare ultro et ambire cogatur, ut ſint, qui dignentur audire: et ne id quidem gratis. Nam et domum mutuatur et auditorium exſtruit et ſubſellia conducit et libellos diſpergit: et ut beatiſſimus recitationem ejus eventus proſequatur, omnis illa laus intra unum aut alterum diem, velut in herba vel flore praecepta, ad nullam certam et ſolidam pervenit frugem: nec aut amicitiam inde refert, aut clientelam aut manſurum in animo cujusquam beneficium, ſed clamorem vagum et voces inanes et gaudium volucre. Laudavimus nuper, ut miram et eximiam Veſpaſiani liberalitatem, quod quingenta ſeſtertia Baſſo donaſſet. Pulchrum id quidem, indulgentiam Principis ingenio mereri: quanto tamen pulchrius, ſi ita res familiaris exigat, ſe ipſum colere, *e*) ſuum ingenium propitiare,

Lipſius primus dedit *recitationem*. Ante eum: *recitationum*. In Ed. Vett. *recitatione*. — Ms. Vat. bene *iſta laus*. Pro ea, quae ante eum locum tenebat, lectione *percepta* dedit Lipſ *praecepta*. Schel. *praecerpta*. —

e) Mss. Farneſ. Vatt. habent *noſtrum ingenium propitiare*. Lipſ. primus addidit haec, ſed correxit *genium*. Brot. verba haec per gloſſam addita eſſe putat. Ms. Vat. *ſive ingenium*. — Ex Ed. Venet. lectione *de ſervanda* conjecit pro ſeq. *deſerenda* Schurzfl. *deſertanda*. — Pro noſtro *recedendum* correxit Schelius *ſecedendum*. Quod Schurzfl. et Erneſtio probatum in textum cum Heumanno Schulz. et Oberl. receperunt.

tiare, suam experiri liberalitatem? Adjice, quod poëtis, si modo dignum aliquid elaborare et efficere velint, relinquenda conversatio amicorum et jucunditas Urbis, deserenda caetera officia, utque ipsi dicunt, *in nemora et lucos*, id est, in solitudinem recedendum est.

3. Ne opinio quidem et fama, cui soli serviunt, et quod unum esse pretium omnis sui laboris fatentur, aeque poëtas quam oratores sequitur: quoniam mediocres poëtas nemo novit, bonos pauci. Quando enim rarissimarum *f*) recitationum fama in totam Urbem penetrat? nedum ut per tot provincias innotescat. Quotus quisque, cum ex Hispania vel Asia, ne quid de Gallis nostris loquamur, in Urbem venit, Saleium Bassum requirit? atque adeo si quis requirit, et semel vidit: transit et contentus est; ut si picturam aliquam vel statuam vidisset. Neque hunc meum sermonem sic accipi volo, tamquam eos, quibus natura sua oratorium ingenium denegavit, deterream a carminibus, si modo in hac studiorum parte oblectare otium, et nomen inferere possunt famae: ego vero omnem eloquentiam, omnesque ejus partes sacras et venerabiles puto: nec solum cothurnum vestrum aut heroici carminis sonum, sed lyricorum quoque jucun-

f) Ed. pr. et Put. *narrationum*. Beroald. dedit nostrum. — *Penetrat? nedum* Lipsio debetur, cujus codex habet *penetrat medium*. Lect. Vulg. *penetrat metrum*. — Schulting. conjecit in *Gallis*. — Deinde Acidalius pro *et* ante *semel* correxit *ut*. Heum. Schulz. Oberl. receperunt. — Mox in Edit. Oberl. operarum vitio *mecum sermonem*. *Oratorium ing.* pro *oratorum ing.* suasit Acidal.

cunditatem et elegorum lascivias et jamborum amaritudinem *g*) et epigrammatum lusus et quamcumque aliam speciem eloquentia habeat, anteponendam caeteris aliarum artium studiis credo: sed tecum mihi, Materne, res est, quod, cum natura tua in ipsam arcem eloquentiae ferat, errare mavis, et summa adeptus in levioribus subsistis. Ut si in Graecia natus esses, ubi ludicras quoque artes exercere honestum est, ac tibi Nicostrati robur ac vires Dii dedissent, non paterer, immanes illos et ad pugnam datos lacertos, levitate jaculi aut jactu disci vanescere; sic nunc te ab auditoriis et theatris, in forum et ad caussas et ad vera proelia voco: cum praesertim ne ad id quidem consurgere possis, quod plerisque patrocinatur, tamquam minus obnoxium sit *h*) offendere poëtarum, quam oratorum studium. Effervescit enim vis pulcherrimae naturae tuae; nec pro amico aliquo, sed, quod periculosius est, pro *Catone* offendis. Nec excusatur offensa necessitudine officii, aut fide advocationis, aut fortuitae et subitae dictionis impetu: *i*) at tu meditatus videris elegisse

g) *Et* primus addidit Acidalius. — Heum. voluit *habet*, et deinde *quem cum*. — Ante Rhen. legebatur *artem eloq. te ferat* Acidal. Recepit Oberlin. — Pro *errare* Schel. *haerere*. Schurzfl. *terram*. Schulz. *repere*. — Acid. *adepturus*. — *Et* ante *ad pugnam* restituit Pichen. —

h) Acidal. *offensae*, quod Heum. et probante Ernestio Schulz. et Oberl. receperunt. Pith. *offensis*. Bipont. *offendini*. Nostra est vulgata. — Ms. Vat *offendes*.

i) *At tu* absunt ab Ed. Lips. Put. Boroald. Rhen. habent. Bipont. restituerunt. Schurzfl. mallet *et tu*.

elegisse personam notabilem et cum auctoritate dicturam. Sentio, quid responderi possit: *k*) hic ingentes ex his assensus, hic in ipsis auditoriis praecipue laudari et mox omnium sermonibus ferri. Tolle igitur quietis et securitatis excusationem, cum tibi sumas adversarium superiorem: nobis satis sit privatas et nostri saeculi controversias tueri, *l*) in quibus expressis si quando necesse sit pro periclitante amico potentiorum aures offendere, et probata sit fides et libertas excusata.

XI. Quae cum dixisset Aper acrius, ut solebat, et *m*) intento ore: remissus et subridens

k) Vulg. lect. *hinc ingentis ex his adsensus.* Lips. odoratur defectum et asterisco poni vult ante *hinc.* Muret. Acid. pro *ex his* dederunt *exsistere*, a Bip. Schulz. Oberlin. jam receptum. Schel. *excitari.* Schulting. *esse his.* Gesner. delenda *ex his*, spuria, censet. — Mox Gronov. pro *hinc in ipsis* voluit *haec in ipsis*, quod Heum. et Schulz. textui inferebant. Nos sequuti sumus lectionem Codd. Vatt. *hic ingent.* — *hic in ipsis.* — Broter. locum mancum hunc sic supplendum putat: *Placere haec argumenta: hinc — ferri. Fateor. At quanto plus celebritatis, tanto plus offensae, tanto ruina certior. Tolle etc.*

l) Vulg. est nostra ab Ernest. et Drückio probata. Schulting. *in quibus et professis si.* — Lips. *in quibus expressit si quando necessitas.* Schulz. cum Heum. verbum spurium damnat et delet. Oberl. et Drück. defendunt vulgat. sed variis cautsis adducti. De la Monnoye *expressis* mutabat in *expressius.* Heum. *expressis* ortum putat e *controversiis.* Pichon. vult *cautsis.* —

m) Acid. conjecit *intentior.* Ed. Rivii sic: *et intentore, remissus et subridens Mat. parat. quid enim,*

dens Maternus, *Paravi*, inquit, me, non minus diu accusare oratores, quam Aper laudat. Fore enim arbitrabar, ut a laudatione eorum digressus detrectaret poëtas, atque carminum studium prosterneret: *n*) [sed] arte quadam mitigavit concedendo his, qui causas agere non possent, ut versus facerent. Ego autem sicut in causis agendis efficere et niti fortasse possum, ita recitatione tragoediarum *o*) ingredi famam auspi-

enim, inquit, refert me non min. Editt. enim Vett. habent *parat* (Mss. *parant*). *Quid enim me.* Rhen. emendavit. — *Remissius* scripsit Heum. — *Laudat* lectionem Vulg. bono sensu recepimus. At non spernenda Acidal. conjectura *laudavit*, quam Heum. Schulz. Oberl. praetulerunt. Cum Lipsio scribere vult Brot. *laudare:* Schulting.: *paraveram — laudaret.* Mihi sub lectione Vett. Editt. *parat. quid enim* alia lectio latere videtur, quae faciliorem reddat constructionem. — Mss. Vat. *laudaverat.*

n) Ante *arte* nil addunt Libri. Ne hient haec, Acidal. voluit *id arte.* Heum. *quod fore e. — id arte.* Ernesti conjecit *fed*, quod Schulz. recepit. Oberl. voculam hanc subaudiri mavult. Nobis placet. — Mox primum restitui *sicut in causis.* Praepositione *in* omissa Riv. et Heum. scripserunt *sicuti;* quos sequutus est Schulz. Riv. tamen sic: *sicuti causis agendis niti fortasse possum, ita recitatione t. et ingredi et efficere famam.* Ed. Pr. *efficere ut niti.* Puteol. omissis *efficere ut* retinuit tantum *niti.* Sic in seqq. Editt. usque ad Lips. qui scripsit *efficere aliquid et eniti.* — Sed nos antiquam lectionem restituimus, quam taciti sine causa commutarunt cum Lips. omnes. — Etiam aliquot Editt. *efficere* haud inepte ponunt post *ingredi.* —

o) Ernestio *ingredi* suspectum. — Riv. *tum quidam cum,* —

auſpicatus ſum, tum quidem, cum *p*) in Nerone improbam et ſtudiorum quoque ſacra profanantem Vatinii potentiam fregi. [Et] hodie ſi quid *q*) in nobis notitiae ac nominis eſt, magis arbitror carminum, quam orationum gloria partum: ac jam me ſejungere a forenſi labore conſtitui, nec comitatus iſtos et egreſſus aut frequentiam ſalutationum concupiſco: non magis quam aera et imagines, quae etiam, me nolente, in domum meam irruperunt. Nam ſtatum hucusque ac ſecuritatem melius innocentia tueor, quam eloquentia; nec vereor, ne mihi unquam verba in Senatu, niſi pro alterius diſcrimine, facienda ſint.

Nemora

p) Antiq. Lectionem in textum recepi ſolo *Vaticinii* ſpreto. Vid. Drück. bene vulgatam explicantem. *Vatinii* primus ſcripſit Gronov. Pro *improbam* tacitus Pichena et poſtea Gronov. volucrunt *improbatam* omnibus fere recipientibus. Barth. *Vaticiniis*. Schulting. *cum in Nerone improbam* et *ſummorum* (equidem malim *Muſarum*) *quoque ſacra profanantem vatum impotentiam fugi* (vel *fugimus*). Heum. *ipſi Neroni improbatam*; quod Schulz. recepit. — Etiam Dur. de la Malle cum de Sigrais retinet *vaticinii* (poëſeos). — Mox uncis incluſimus *et*. Lipſio in hac re non fides habenda. Ab Ed. pr. (quae eſt Lib. Rom. Lipſ.) et Vett. Editt. abeſt. Heum. *ut — arbitror*.

q) *In* delent Acid. Heum. — In ſeqq. Pith. *et egreſſus* Schurzfl. *comitatus iſtos expreſſos*. — Cum Schelio Schurzfl. *ſalutantium*. — Acid. *quam illa aera*. Cujacius *quam ceras et imagines*. — Mox Ed. Vett. *etiam jam me nol.* Vulg. *cujusque*. Lipſ. primus *hucusque*. Schel. et Schulting. *quoque*. Pichena ſervat *cujusque* et ſcribit *tuetur*. — Antea Heum. pro *nam* dedit *jam*. —

Nemora vero et luci et ſecretum ipſum, quod Aper increpabat, tantam mihi afferunt voluptatem, ut inter praecipuos carminum fructus numerem, quod nec in ſtrepitu, nec ſedente ante oſtium litigatore, nec inter ſordes ac lacrimas reorum componuntur, ſed ſecedit animus in loca pura atque innocentia, fruiturque ſedibus ſacris. Haec eloquentiae primordia, haec penetralia: hoc primum habitu cultuque *r*) commoda mortalibus, in illa caſta et nullis contacta vitiis, pectora influxit: ſic oracula loquebantur. Nam lucroſae hujus et *s*) ſanguinantis eloquentiae uſus, recens et malis moribus natus, atque, ut tu dicebas, Aper, in locum teli repertus. Caeterum felix illud, et, ut more noſtro loquar, aureum ſeculum, et oratorum et criminum inops, poëtis et vatibus *t*) abundabat, qui benefacta canerent, non qui male admiſſa defenderent. Nec ullis aut gloria *u*) major aut auguſtior honor: primum apud XII.

r) Noſtra eſt Vulg. Lipſ. voluit *comta* vel *commodata*, quod Freinsh. placuit. Schel. *commota*, Muret. Acid. *commendata*, ab Heum. et Schulz. receptum. — Pro praecedente *hoc* Schult. *hic;* quod etiam pro *ſic* poni vult. *hic — hic.* —

s) Lipſ *ſaginantis*. Salin. et Bip. *ſanguinariae*, Schel. *ſanguine manantis*. Alii pro *lucroſae* malunt *luctuoſae*. — Mox aliquot Editt. Vett. pro *inops* habent *impos*.

t) Ante Erneſt. legebatur *abundat*. Mur. et Acid. conjecerunt *abundabat*. Conſentiunt Mss. Vatt.

u) Ed. Vett. *nec aut illud clamore . . . aut anguſtiae honor*. Mss. Vat. *gloria in ore;* in quibus duorum, triumve verborum lacuna eſt, quam Brot. ſic explet: *nec ullis aut gloria major umquam con-*

apud deos, quorum proferre reſponſa et intereſſe epulis ferebantur: deinde apud illos Diis genitos ſacrosque reges, inter quos neminem cauſſidicorum, ſed Orphea ac Linum, ac ſi introſpicere altius velis, ipſum Apollinem accepimus: vel, ſi haec fabuloſa nimis et compoſita videntur, illud certe mihi concedis, Aper, non minorem honorem Homero, quam Demoſtheni, apud poſteros: nec angustioribus terminis famam Euripidis aut Sophoclis, quam Lyſiae aut Hyperidis includi. *v*) Plures hodie reperies, qui Ciceronis gloriam, quam [qui] Virgilii detrectent. Nec ullus Aſinii aut Meſſalae liber tam illuſtris eſt, quam Medea Ovidii aut Varii Thyeſtes.

XIII. Ac ne fortunam quidem vatum et illud *x*) felix contubernium, comparare timuerim

contingit, aut auguſtior honor. E veſtigiis ſcripturae cod. Farneſ. in quo erat *aut gloria more*, Lipſius dedit noſtrum. — Heum. pro *ferebantur* conjicit *dignarentur*. Idem pro *cauſſidicorum* ſcripſit *cauſſidicum;* et pro ſeq. *concedis* cum Acid. *concedes*. —

v) Acid. *quin plures*. — A Vett. Editt. abeſt incluſum *qui*. E Mss. Vat. addidit cum Broter. Erneſti, quem reliqui ſequuti ſunt. — In Mss. Farneſ. deſunt teſte Lipſio duo verba *aut Varii*. —

x) Gronov. aut vitium hic aut lacunam eſſe putat. Scribit *illud ſecum contubernium*. Barth. *et illud Elyſii contubernium*. Schulting. *ſedens cont.* — Mox vulgata ante Lipſium lectio erat *licet illos agitent certamina et pericula ſua et controverſiae*. Noſtrum e codice ſuo dediſſe dicitur. Sed nil annotavit. Lect. Vulg. ob auctoritatem praeferenda. — Pro *in quo tum*, quod erat in Vett. Ed. Rhen. ſcripſit *in quo tamen*. Sed *tum* non damno ob ſeqq. *Me noſtris quidem temporibus*. —

muerim cum inquieta et anxia oratorum vita. Licet illos certamina et pericula ſua ad Conſulatus evexerint: malo ſecurum et ſecretum Virgilii receſſum, in quo tamen neque apud D. Auguſtum gratia caruit, neque apud Populum Romanum notitia. Teſtes Auguſti epiſtolae, teſtis ipſe populus, qui auditis in theatro verſibus Virgilii ſurrexit univerſus, et forte praeſentem ſpectantemque Virgilium veneratus eſt, ſic quaſi Auguſtum. Ne noſtris quidem temporibus, Secundus Pomponius Afro Domitio vel dignitate vitae vel perpetuitate famae ceſſerit. Nam Criſpus et Marcellus, ad quorum exempla me vocas, quid habent in hac *y*) praeſenti fortuna concupiſcendum? an quod timent? an quod timentur? quod cum quotidie aliquid rogentur, hi, quibus praeſtant, indignantur? quod alligati [cum] *z*) adulatione, nec Imperantibus umquam ſatis ſervi videntur, nec nobis ſatis liberi? Quae haec ſumma eorum potentia eſt? tantum poſſe liberti ſolent. Me vero *dulces*,

y) Mss. Vat. *in hac ſua f.* Erneſti, Schulz., Oberl. receperunt. — A Mss. Vat. *an* abeſt ante *quod tim.* Brot. Oberl. delerunt. Erneſti alterum *an* deleri mavult. — Deinde Lipſ. voluit *quibus non praeſtant.* Sic Woltman. et Weikert. Schel. *his quibus praeſtant.* Sic etiam Schult., qui tamen vult *quibus praeſtant minus.* Locum Varii varia ratione explicant.

z) Schult. *omnium adulatione* vel *humili adulationi.* Heuman. *cautiſſima* vel *diligentiſſima.* Schulz. *comi adulatione* vel *Caeſarum adul.* Nos quidem ſpurium verbum (vid. Cap. II.) uncis incluſimus. — *Summa rerum potentia* erat ante Lipſ. — Mox habent Vett. Ed. usque ad Rhen. *remotae.* —

dulces, ut Virgilius ait, *Muſae* remotum a ſollicitudinibus et curis et neceſſitate quotidie aliquid contra animum faciendi, in illa ſacra illosque fontes ferant: nec inſanum ultra et lubricum forum *a*) famamque pallentem trepidus experiar. Non me fremitus ſalutantium, nec anhelans libertus excitet: nec incertus futuri teſtamentum pro pignore ſcribam: nec plus habeam, quam quod poſſim, cui velim, relinquere, quandocumque fatalis et meus dies *b*) veniat: ſtatuarque tumulo, non moeſtus et atrox, ſed hilaris et coronatus; et pro memoria mei nec conſulat quisquam, nec roget.

XIV. Vix dum finierat Maternus, concitatus et velut inſtinctus, cum *c*) Vipſtanius Meſſala cubiculum ejus ingreſſus eſt, ſuſpicatusque ex ipſa intentione fingulorum, altiorem inter eos eſſe ſermonem: *Num* parum tempeſtivus, inquit, interveni, ſecretum conſilium et cauſſae alicujus meditationem tranctantibus? *Minime*, minime, inquit Secundus; atque adeo vellem maturius interveniſ-

a) Schurzfl. *famamque fallentem*. Heum. *lubr. forum pallens ac trepidus experiar*, quem ſequutus eſt Schulz. *ac* non eſt, ut Schulz. putat, in Editt. Vett. *Famae* non locum hic eſſe et *famamque* inepta gloſſa intruſum eſſe autumat idem. — Reſtituimus cum Oberlino antiquum. —

b) Mss. Vat. habent noſtrum. Vulg. *veniet*. Erneſtio ſcribendi ratio expoſtulare videtur *venerit*. Et ante *meus* omiſit Pithoeus.

c) Vett. Editt. *tum Urbanus* vel *Urbanius*, etiam *Vibanius*; inde Urſin. *Vibianus*. Lipſ. *cum Vipſanius*. Erneſt. *Vipſtanus*. Vid. Schulz. Prolegg. XXXX. — *Ejus* ante *ingreſſus* a manu gloſſatoris eſſe putat Erneſt. Sequens *eſt* damnat Acid.

venisses. Delectasset enim te et Apri nostri accuratissimus sermo, cum Maternum, ut omne ingenium ac studium suum ad causas agendas converteret, exhortatus est; et Materni pro carminibus suis laeta, utque poëtas defendi decebat, audentior, *d*) et poëtarum quam oratorum similior oratio." *Mi* vero, inquit, et sermo ipse infinita voluptate affecisset, atque id ipsum delectat, quod vos, *e*) viri optimi et temporum nostrorum oratores, non forensibus tantum negotiis et declamatorio studio ingenia vestra exercetis, sed ejusmodi etiam disputationes adjungitis, quae et ingenium alunt, et *f*) eruditionis et litterarum jucundissimum oblectamentum, cum vobis, qui illa disputatis, afferunt, tum etiam his, ad quorum aures pervenerint. Itaque hercule non minus probari video in te, Secunde, quod Julii Asiatici vitam componendo, spem hominibus fecisti plurium ejusmodi librorum, quam in Apro, quod nondum a scholasticis con-

d) *Et* olim omissum restitutum est ex Vett. Editt. et Mss. Vat. Gronov. *poëtarumque.* — *Audenter* ante Lipsi. legebatur. — Dein Heum. *ut sermo — — ita id.* —

e) Urs. Mur. Acid. *oratores* sine epitheto frigere videtur. Illi igitur *vos viri optimi et optimi t. n. or.* Acid. *et tempp. n. oratores optimi.* Schurzfl. *vere optimi*, quem secutus est Schulz. — Mox pro *adjungitis* Mss. Vat. duo *assumitis*, unus *et sumitis.* —

f) Sic primus Rud. Agric. Vett. Editt. *eruditionis.* Rhenan. *eruditionem.* Acidal. *eruditione*, Schurzfl. *exercitatione.* — In sequ. erat antiq. scriptura *plurimum.* Rhen. nostrum dedit. Schurzfl. *spem — plurimam.* —

controversiis recessit, et otium suum desuevit novorum rhetorum more, quam veterum oratorum, consumere.

XV. Tum Aper: *Non* desinis, Messala, vetera tantum et antiqua mirari, nostrorum autem temporum studia irridere atque contemnere. Nam hunc tuum sermonem saepe excepi, cum oblitus et tuae et fratris tui eloquentiae, neminem hoc tempore oratorem esse *g*) contenderes: atque id eo, credo, audacius, quod malignitatis opinionem non verebaris, cum eam gloriam, quam tibi alii concedunt, ipse tibi denegares. *Neque* illius, inquit, sermonis mei poenitentiam ago, neque aut Secundum, aut Maternum, aut te ipsum, Aper, (quamquam interdum in contrarium disputes) aliter sentire credo. Ac velim impetratum ab aliquo vestrum, ut causas hujus infinitae differentiae scrutetur ac reddat, quas mecum ipse plerumque conquiro. Et, quod quibusdam *h*) solatio est, mihi auget quaestionem, quia video etiam

g) Lect. Vulg. *contenderes. Antiquis eo credo audacius.* Lipsius eam retinuit, sed conjecit *cont. parem antiquis*, e. c, a. vel melius *antiquis* mutavit in *atque id.* Hoc plerisque placuit. Acid. *antiquis* delet. Brot. *Atque ideo.* — Deinde Vulg. edit. *malignus* vel *malignius. his opinionem.* Alii: *maligni in iis.* Acid. pro *in iis* voluit *judicii*, quod Heum. et Schulz. receperunt. Rhenan. primus videtur legisse *malignitatis*, quod cum Oberl. dedi.

h) Acid. *solutio.* Broter. recepit. Antea pro *plerumque* Heum. *perfaepe*, atque pro *et* scribit *at.* — *Mox iste Nipetes* debetur Lipsio. Lect. Vulg. *iste enitet.* — Deinde *contentus* est lectio Ed. Vett. In nonnullis editionibus *contentis.* Freinsh. *continuis*, ab Heum. receptum.

etiam Graiis accidisse, ut longius absit Aeschine et Demosthene Sacerdos iste Nicetes, et si quis alius Ephesum vel Mitylenas contentus scholasticorum clamoribus quatiat, quam Afer, aut Africanus aut vos ipsi a Cicerone aut Asinio recessistis.

XVI. *Magnam*, inquit Secundus, et dignam tractatu quaestionem movisti. Sed quis eam justius explicaverit, quam tu, ad cujus summam eruditionem et praestantissimum ingenium cura quoque et meditatio accessit? Et Messala, *Aperiam*, inquit, cogitationes meas, si illud a vobis ante impetravero, ut vos quoque sermonem hunc nostrum adjuvetis. *Pro* duobus, inquit Maternus, promitto. Nam et ego et Secundus exsequemur partes, quas intellexerimus te non tam omisisse, quam nobis reliquisse. Apram enim solere dissentire, et tu paullo ante dixisti, et ipse satis manifestus est, jamdudum in contrarium accingi, nec aequo animo perferre hanc nostram pro antiquorum laude concordiam. *Non* enim, inquit Aper, inauditum et indefensum seculum nostrum patiar hac vestra conspiratione damnari. Sed hoc primum interrogabo, quos vocetis *antiquos*, quam oratorum aetatem *i*) significatione ista determinetis? Ego enim cum audio antiquos, quosdam veteres et olim natos intelligo; ac mihi versantur ante oculos Ulysses et Nestor, quorum aetas mille fere

i) Lipſ. *ſignificatione*. Sed omnes Vett. Editt. habent *ſignatione*. Bip. rurſus receperunt *ſignificatione*. — In fin. cap. pro *cogitationes* Beroald. dat *cognitiones*.

fere et *k*) trecentis annis seculum nostrum antecedit: vos autem Demosthenem et Hyperidem profertis, quos satis constat Philippi et Alexandri temporibus floruisse: ita tamen, ut utrique superstites essent. Ex quo apparet, non multo plures, quam CCCC annos intercesse inter nostram et Demosthenis aetatem: quod spatium temporis, si ad infirmitatem corporum nostrorum referas, fortasse longum videatur: si ad naturam seculorum et respectum immensi hujus aevi, perquam breve, et in proximo est. Nam ille, *l*) ut Cicero in Hortensio scribit, "is est magnus et verus annus, quo eadem positio coeli siderumque, quae cum maxime est, rursum existet, isque annus horum, *m*) quos nos vocamus, annorum *n*) XII MDCCCCLIV complectitur;" incipit Demosthenes vester, quem vos veterem et antiquum fingitis, non solum *o*) eodem anno, quo nos, sed fere eodem mense exstitisse.

Sed

k) Lib. Editi *et CC annis*. Nostrum e Brot. Mss. Vat. — *Percipitis* Ed. Vett. pro *profertis*. — Mox ante Lipsi. erat *CCCC annos*. Schurzfl. antiquiorem defendit numerum. —

l) In Edit. pr. *sicut*. Puteolanus inde *si*, *sicut*. Brot. dedit ex Mss. Vat. nostrum. — *Nuno maxime* voluit Nicol. Loensis. Schurzfl. Heum. Schulz. secuti sunt. Muret. *tum maxime*. —

m) Ante Rhen. *horum*, *nos vocamus*. Is correxit *h.*, *quos vocamus*, quod probem, nisi Mss. Vat.: *quos nos vocamus*. —

n) In Vetust. Edit. hic numerus uno centenario minor erat. Vid. Brot. ad h. l. — Ernestio *incipit* — *exstitisse* suspectum et in *incipit* vitii quid latere videtur. —

o) Hoc *eodem* ab aliquot Editt. omissum restituit, consentientibus Mss. Vat., Ernesti. Attamen

deest

Sed transeo ad Latinos oratores, in quibus non Menenium, ut puto, Agrippam, qui poteſt videri antiquus, noſtrorum temporum diſertis anteponere ſoletis; ſed Ciceronem et Caeſarem et Coelium et Calvum et Brutum et Aſinium et Meſſalam; quos quidem cur antiquis temporibus potius adſcribatis, quam noſtris, non video. Nam ut de Cicerone ipſo loquar, Hirtio nempe et Panſa Coſſ., ut Tiro libertus ejus ſcripſit, VII Idus *p*) Decemb. occiſus eſt, quo anno D. Auguſtus in locum Panſae et Hirtii ſe et Q. Pedium Coſſ. ſuffecit. Statue VI et L annos, quibus mox D. Auguſtus Rempublicam rexit: adjice Tiberii tres et viginti, et prope quadriennium Gaji, ac bis quaternos denos Claudii et Neronis annos, atque *q*) unum Galbae; et Othonis, et Vitellii unum annum, ac ſextam jam felicis hujus Principatus ſtatio- XVII.

deeſt in ed. Put. et Ber.; Pith. *non ſolum menſe, quo nos, ſed fere eodem die.* Schurzfl. expungit *fere.* Schulz. *ſed fere eodem menſe et die.*

p) In Cod. Farn. et Vett. edd. menſis nomen deerat. Lipſ. ſic ex hiſtoria addidit. Ant. Auguſtin. *Octobr.* — Verba *quo — ſuffecit* ſpuria Schulzio videntur.

q) Lipſii eſt *ipſum* pro *unum*. *Unum* pro gloſſa τοῦ *ipſum* habet Acid. Edd. Vett. pro *ipſum* dant *unum*. Ed. pr. *atque unum G. et O. et V. longum et unum annum.* Pith. *atque ipſum — longum et unum annum.* Schurzfl. *adde ipſis — longum et unum a.* Latinus Latinius poſterius *unum* ejici voluit. Sic Muret. Nos Ed. Vett. ſequuti ſumus, ut numerus recte haberet. — Pro *ſextam jam* Schel. *ſex jam tam.* Schulting. *ſecutam jam.* Probat Schulz. — Mox *C et X* habent ed. pr. et duo Vat. Beroald. emendabat. —

tionem, qua Vespasianus Rempublicam fovet, C et XX anni ab interitu Ciceronis in hunc diem colliguntur, unius hominis aetas. Nam ipse ego in Britannia vidi senem, qui se fateretur *r*) ei pugnae interfuisse, qua Caesarem, inferentem arma Britanniae, arcere litoribus et pellere adgressi sunt. Ita si enm, qui armatus C. Caesari restitit, vel captivitas vel voluntas vel fatum aliquod in Urbem pertraxisset, idem Caesarem ipsum et Ciceronem audire potuit et nostris quoque actionibus interesse. Proximo quidem congiario ipsi vidistis *s*) plerosque senes, qui se a D. quoque Augusto semel atque iterum accepisse congiarium narrabant; ex quo colligi potest, et Corvinum ab illis et Asinium audiri potuisse. Nam Corvinus in medium usque Augusti Principatum, Asinius paene ad extremum duravit. Nec dividatis seculum, et antiquos ac veteres vocetis oratores, quos eorumdem hominum aures agnoscere ac velut conjungere et copulare potuerunt.

XVIII. Haec ideo praedixi, ut si qua, ex horum oratorum fama gloriaque laus temporibus acquiritur, eamdem docerem in medio sitam et propiorem nobis, quam Ser. Gal-

r) Vulg. *et* in nostrum commutavit Muret. — Pro *Britanniae* Ernest. *Britanni*, aut *aggressae sunt*. Bip. *Britannis*. Recepit Oberl. — Mox voluit Heum. *voluptas*. — Pro *potuit* velim *potuerit*. —

s) *Plures* volnit, Heum. probante, Gesnerus. — Antea vulg. Lect. *auctoribus* correxit in *actionibus* Lips. — *Ne dividatis* correxit Acid., Heuman. recipiente.

Galbae, *t*) C. Carboni, quosque alios antiquos merito vocaremus. Sunt enim horridi et impoliti et rudes et informes, et quos utinam *u*) imitatus non esset Calvus vester, aut Coelius aut ipse Cicero! Agere enim fortius jam et audentius volo, si illud ante praedixero, *x*) mutari cum temporibus formas [quoque] et genera dicendi. *y*) Sic Catoni seni comparatus C. Gracchus, plenior et uberior; sic Graccho politior et ornatior Crassus; sic utroque distinctior et urbanior et altior Cicero; Cicerone mitior Corvinus et dulcior, et in verbis magis elaboratus. Nec quaero, quis disertissimus: hoc interim probasse contentus sum, non esse unum eloquentiae vultum, sed in illis quoque, quos vocatis antiquos, plures species deprehendi; nec statim deterius esse, quod diversum est: vitio autem malignitatis humanae vetera semper in laude, praesentia in fastidio esse. *z*) Num dubitamus inventos,

t) Schult. excidisse putat *C. Laelio.* — *Vocaverimus* habent Mss. Vat., quod Brot. et Bip. praeferunt. Oberl. recepit. — Pro *impoliti* voluit Corbinelli *incompositi.*

u) Muret. *utinam ne in illa parte i. esset.* Heum. *utinam ne im. e.* Brot. ex Mss. Vat. dedit *utinam nulla parte im. es.*, quem Bip. Oberl. sequuti sunt.

x) Aliquot Editt. *mutare.* quod Schurzfl. mavult. — Mox uncis inclusimus *quoque.* A libris editis abest. At Mss. Vat. proferunt. Probavit Ernesti; Brot. Schulz. Bip. Oberl. receperunt.

y) Vulg. *ficuti* et *ficut.* Nostrum e Mss. Vat. petitum est. Sed vulg. non prorsus damnemus.

z) Librorum lectionem *nam non dubitamus* cum Schurzfl. non sperno, quamquam nostra, quam

tos, qui pro Catone Appium Caecum magis mirarentur? Satis constat, ne Ciceroni quidem obtrectatores defuisse, quibus inflatus et tumens, nec satis pressus, sed supra modum exsultans et superfluens et parum *a*) atticus videretur. Legistis utique et Calvi et Bruti ad Ciceronem missas epistolas; ex quibus facile est deprehendere, Calvum quidem Ciceroni visum exsanguem et attritum, Brutum autem otiosum atque disjunctum; rursumque Ciceronem a Calvo quidem male audiviſſe, tamquam solutum et enervem: a Bruto autem, ut ipsius verbis utar, tamquam *fractum atque elumbem*. Si me interroges, omnes mihi videntur verum dixisse. Sed mox ad singulos veniam; *b*) nunc mihi cum universis negotium est.

XIX. Nam *c*) quatenus antiquorum admiratores hunc velut terminum antiquitatis constituere

quam primus dedit Lipsius, elegantior sit. Muret. *numnam*. Cum Acidal. Heumannus: *num dubitabimus*. — *Prae Catone* voluit Groslotius. Vulg. est *pro*. Bip. *Porcio*. Schurzfl. *pro* vel *magis* expungendum censet. — Mox *cum satis constet* Acid. — *Nec Cic. quidem* erat ante Gronov. — *Sed* ante *supra* e Mss. Vat. addidit Ernesti. —

a) Vet. Edd. *antiquus*. Nostrum est Lipsii et Ursini. Schurzfl. *nativus*. Oberl. *par. et attic.* — *Legistis* ex Mss. Vat. cum Broter. scripsit Ernesti. — Mox pro *otiosum* Lipsius suadebat *odiosum*. Schelius *concisum*. Pro *disjunctum* cum Rutgersio Bip. *discinctum*. —

b) Antiq. Lect. *nec mihi*. Lipsius correxit.

c) Schurzfl. *namque hactenus*. — Mox habet Ed. pr. *qui usque ad Cassium quem reum faciunt: quem pr.* Mss. Vat. *ad Cassium Severum, quem reum faci-*

stituere solent, quem usque ad Cassium Severum faciunt, quem primum adfirmant flexisse ab illa vetere atque *d*) directa dicendi via: non infirmitate ingenii, nec insscitia litterarum, transtulisse se ad id dicendi genus contendo, sed judicio et intellectu. Vidit namque, ut paullo ante dicebam, cum conditione temporum ac diversitate *e*) auditorum formam quoque ac speciem orationis esse mutandam. Facile perferebat prior iste populus, ut imperitus et rudis, *f*) imperitissimarum orationum spatia: atque id ipsum laudabat, si dicendo quis diem eximeret. *g*) Ita vero longa principiorum praeparatio et

faciunt — Broterius inde: *const. solent usque ad Cassium Severum, quem reum faciunt, quemque pr.* Ernest. non sat latine dici videtur *constituere terminum ad aliquem*, et suspicatur *quem* (pro *ita ut eum*) — *faciant. Quem — Cassium Severum* e Puteol. edit. dedit Lips. —

d) Vulg. *vet. atque dicend. v. directa.* Acidal. delet *atque.* Muret. suasit nostrum consentientibus postea Libb. Vat. Heum. *τὸ directa* pro diversa lectione *τοῦ dicendi* habet. — Pro *intellectu* Gronov. *delectu.* —

e) Recepimus Muret. et Urs. ingeniosam conjecturam; quae optime ad vulg. lect. *auctorum* accedit. *Aurium* e Lipsii opinione in omnibus adhuc est. Non pungit nos Oberl. ad c. 20. — Mox Edd. Vett. *remutandam.* Corbinelli voluit *ire mutandam.*

f) Sic vulg. Muret. *impeditiss.* quod omnes fere receperunt. Heum. *ineptissima.* Utrumque Acid. improbatur. — Mox restituimus omnium libb. et Mss. Vat. lectionem *laudabat. Laudi dabatur* e Lipsii conjectura esse videtur. —

g) Hanc Vulg. lect. optimo sensu recepimus. Acid. *jam vero.* Schult. *ista vero;* quod Schuls.

et

et narrationis arte repetita series et multarum divisionum ostentatio et mille argumentorum genera, et quidquid aliud aridissimis Hermagorae et Apollodori libris praecipitur, in honore erat: quod si quis edoctus philosophiam [atque] ex ea locum aliquem orationi suae inseret, in coelum laudibus ferebatur. Nec mirum. Erant enim haec nova et incognita, et ipsorum quoque oratorum pauciſſimi praecepta rhetorum aut philosophorum placita cognoverant. At hercule pervulgatis jam omnibus, cum vix in *h*) cortina quisquam adsistat, qui elementis studiorum etsi non instructus, at certe imbutus sit, novis et exquisitis eloquentiae itineribus opus est, per quae orator fastidium aurium effugiat, utique apud eos judices, qui vi, aut potestate, non jure et legibus cognoscunt, *i*) [et] nec accipiunt tempora, sed constituunt, nec exspectandum habent oratorem, dum illi libeat de ipso negotio dicere, sed saepe ultro admonent atque alio trans-

et Oberl. reposuerunt. — Mox restituimus omnium libb. lectionem *genera*. Lips. temere correxit *gradus*. — *Quod si quis* e Mss. Vat. cum Brot. dedimus. Vulg. *et, si quis*. — *Atque*, quod Ernest. damnaverat, ab Schulz. Oberl. deletum, uncis inclusimus. — In seqq. ante Rhen. *pauciſſima*. —

h) Haec vulg. lectio. Alii *corona*. — Vulg. *qui* praetuli sano sensu. Non pungit nos Pichen. legendum censens *imbutus non sit*. Ernest. pro *qui* voluit *quin;* quem post eum omnes fere sequuti sunt. — Pro *etsi* Heum. dedit *si non;* cui etiam *itinera eloquentiae* suspecta sunt. —

i) Vulg. *et* ante *nec* delevit Heum. Nos non prorsus damnamus. — Antea Mss. Vat. *vi* et *potest*. probante Broter.

transgredientem revocant et festinare se re-
stantur.

Quis nunc *k*) ferat oratorem de infir- XX.
mitate valetudinis suae praefantem? qualia sunt fere principia Corvini. Quis quinque in Verrem libros exspectabit? Quis de exceptione et formula perpetietur illa immensa volumina, quae pro M. Tullio, aut A. Caecina legimus? Praecurrit hoc tempore judex dicentem, et nisi aut cursu argumentorum, aut colore sententiarum, aut nitore et cultu descriptionum invitatus et corruptus est, aversatur *l*) [dicentem]. Vulgus quoque adsistentium, et adfluens, et vagus auditor, adsuevit jam exigere laetitiam, et pulchritudinem orationis; nec magis perfert in judiciis tristem et impexam antiquitatem, quam si quis in scena *m*) aut Roscii aut Turpionis Ambivii exprimere gestus velit. Jam vero juvenes in ipsa studiorum incude positi, qui profectus sui causa oratores sectantur, non solum audire, sed etiam referre domum aliquid illustre et dignum memoria volunt; traduntque invicem, ac saepe in colonias ac provincias suas scribunt, sive

k) Beroald. *feret.* — Ed. pr. *exspectavit;* unde Puteol. *exspectaverit.* Mss. Vat. *exspectabit;* quos Editor. quoque probantibus sequuti sumus. — Pro *M. Tullio* vult Nic. Loens. *M. Caelio.*

l) *Dicentem* a Schulzio, Schelio jubente, deletum uncis potius includimus. — Mox Ed. pr. *prefert.* Puteol. *praefert.* Rhen. dedit nostrum. —

m) Vulg. lect. sic: *Rosc. aut Turp. aut Amb.* Ex qua nostrum. — Mox, cum absit a Vett. Ed. *in*, cum Heum. delevi *et.* —

sive *n*) in suis aliquis arguta et brevi sententia effulsit, sive locus exquisito et poëtico cultu enituit. Exigitur enim jam ab oratore etiam poëticus decor, non Accii aut Pacuvii veterno inquinatus, sed ex Horatii et Virgilii et Lucani lacrario prolatus. Horum igitur auribus et judiciis obtemperans nostrorum oratorum aetas, pulchrior et ornatior exstitit. Neque ideo minus efficaces sunt orationes nostrae, quia ad aures judicantium cum voluptate perveniunt. *o*) Quid enim si infirmiora horum temporum templa credas, quia non rudi caemento et informibus regulis exstruuntur, sed marmore nitent et auro radiantur?

XXI. Equidem *p*) fateor vobis simpliciter, me in quibusdam antiquorum vix risum, in quibusdam autem vix somnum tenere, *q*) Nec unum

n) Nostra vulgat. Lectio. Muret. *sive sensus;* quod plurimis placuit. Schurzfl. *insciis.* Lipf. *sensibus.* — Deinde Vett. Edd. pro *exigitur*, quod primus scripsit Lipf., dant *exercetur.* —

o) Huic loco vitii aliquid ineſſe Erneſt. videtur. Heum. inde: *quis enim infirmiora — credat.* Oberl. *quid enim, an.* Sed pone poſt *enim* interrogandi ſignum et clarus tibi ſenſus. — In Fin. vult Lat. Latinius *radiant.* —

p) Haec Libb. Vett. lectio. Vulg. *fatebor*, cujus auctor Lipſ. videtur.

q) Vulg. *tenere, nec u. d. populo. Canuti aut Aride Furnio et Toranio, quique alios in eod. valet. haec ossa et hanc maciem probant.* Lipſ. in vet. libro legerat: *nec unum d. p. Canuti aut Atti de Fournio et Coranio alios in e.* Inde conjicit: *nec unius de pop. Arii de Furn. et Tor.* Schelius: *nec unum de populo Canatii aut auditoribus* (vel *auditorem*) *Furnii et Toranii, quique alii* (vel *qui-*

unum de populo, Canutium aut Arrium, Furnium aut Toranium, quique aliis in eodem valetudinario haec ossa et hanc maciem probant. Ipse mihi Calvus, cum unum et viginti, ut puto, libros reliquerit, vix in una aut altera oratiuncula *r)* satisfacit: nec dissentire caeteros ab hoc meo judicio video. Quotus enim quisque Calvi in Asitium aut in Drusum legit? At hercule in omnium studiosorum manibus versantur accusationes, quae *in Vatinium* inscribuntur, ac praecipue secunda ex his oratio. Est enim verbis ornata et sententiis, ac auribus judicum accommodata; ut scias ipsum quoque Calvum intel-

quique alius). Acid. *quosdam altos in e. v. haec ossa et haec macies probant* vel *produnt.* Schult. *nec ut unum de populo carmina laudare Atti Ae Furnio et Toranio, neque aliorum in e. v., qui haec o.* — Gronov. *tenere. Nec unum de populo, Canutium aut Arrium Furniumve nominabo, quosque alios — haec mac. probant.* Schurzfl. *nec unum de populo Cinctutum Nattam Ennii, Andronici, quique alii sunt in e. v., haec o. et hanc m. probarent* Ille aliquando: *n. u. d. p. Canuti aut Arri, vel Furnii et Toranii quique alii sunt — probare.* Bip. *tenere, nec u. d. p. Canutii aut Attii, vel Furnii vel Curiones aliis i. e. v. haec o. et hanc m. probant.* Vexatissimum locum, et Vet. Lect. et Gronov., Schulziumque sequuti, dedimus de sanando autem loco desperantes.

r) Sic Vett. Edit. et Mss. Vat. Recentt. *satisfecit.* Alii *satisfecerit.* — *Asitium* est Vett. Libb. Lipf. *Asinium.* Muret. *Ascitium.* Schult. *C. Asia in Asinium.* Schurzfl. *Fuscinium.* — *Omnium* ex conject. Acid. recepi cum Heum. et Schulz. pro vulg. *hominum,* quod Oberl. retinuit. — Pro Vulg. *conscrib.* in margine Lipsius noster *inscribuntur.* Schurzfl. *conscriptae sunt.* — Mox scripsi *ac auribus;* quae particula ante *aur.* facile excidit. Schulz. *auribusque.* Sic Oberl.

intellexisse, quid melius esset; nec voluntatem, quin sublimius et cultius diceret, sed *s*) ingenium ac vires defuisse. Quid? ex Coelianis orationibus nempe hae placent, *t*) sive universae sive partes earum, in quibus nitorem et altitudinem horum temporum agnoscimus. Sordes autem *u*) illae verborum et hians compositio et inconditi sensus redolent antiquitatem: nec quemquam adeo antiquarium puto, ut Coelium ex ea parte laudet, qua antiquus est. Concedamus sane C. Caesari, ut propter magnitudinem cogitationum et occupationes rerum, minus in eloquentia effecerit, quam divinum ejus ingenium postulabat: tam hercule, quam Brutum

s) Schurzfl. *genium.* — Ante *volupt.* addit Acidal. *ei*, probante Heum. Mss. Vat. *ne voluntatem ei quo publ.* — Deinde Schult. *de Coelianis.* Sustuli cum Pithoeo post *orationib.* interrogandi signum. Heum. pro *nempe* voluit *nonne.*

t) Vulg. *sive in universa parte fectum.* Beroald. *factum.* Lipsii Liber: *sive* (Mss. Vat. *si*) *universa parte serum.* Modius: *si non universae, per partes tamen*, probante Lipsi. Rutgers. *si non univers., partes earum.* Sic Acidal. inserto tamen *at* ante *partes.* Eum sequutus est cum Brot. Oberlinus. Schult. *sive videas universas sive p. e.* Schel. *neque in universum, partes tantum.* vel *si minus universas, partes tamen.* Bip. *si non universae, partim earum.* Nos cum Schulz. lectionem Pith. praetulimus. Haud inepta tamen Acid. conjectura. —

u) Hic e vestigio Ed. pr., quae praebit *autem et verborum*, dedi *illae*; quod in Mss. quoque Vat. invenitur. — Ante Rhen. legebatur *hiatus.* — Schulz. *concedimus.* — Pro vulg. *cognitionis*, Lipsi. nostrum dedit. Sic jam supra. Mod. vulg. probat. — Ante *eloquentia* recentiores omiserunt *in.* Unde Huet. tentabat *eloquentia effulserit* vel *eloquentiae suffecerit.* Sed praepositio est in Libb. Vett. et Mss. Vat. —

tum philosophiae suae relinquimus. Nam, in orationibus minorem esse fama sua, etiam admiratores ejus fatentur: *v*) nisi forte quisquam aut Caesaris pro Decio Samnite aut Bruti pro Dejotaro rege, caeterosque ejusdem lentitudinis ac teporis libros legit, nisi qui et carmina eorumdem miratur. Fecerunt enim et carmina, et in bibliothecas retulerunt, non melius: quam Cicero, at felicius, quia illos feciſſe pauciores ſciunt. Aſinius quoque, quamquam propioribus temporibus natus ſit, videtur mihi inter Menenios et Appios ſtuduiſſe. Pacuvium certe et Accium non ſolam tragoediis, ſed etiam orationibus ſuis expreſſit: adeo durus et ſiccus eſt. Oratio autem, ſicut corpus hominis, ea demum pulchra eſt, in qua non eminent venae, nec oſſa numerantur, ſed temperatus ac bonus ſanguis implet membra et *x*) exſurgit toris, ipſosque nervos rubor tegit et decor commendat. Nolo Corvinum inſequi, quia non per ipſum ſtetit, quo minus laetitiam nitoremque noſtrorum temporum

v) Gronov. *nec fare* (vel *ferme*) *quisquam.* Schurzfl. *nec forte.* Sic Schulz. Oberl. — Mox vulg. *temporis*, quod correxit Lipſ. Schel. *torporis.* Ed. pr. Put. *cujusdam Lentidius temporis.* Beroald. *lenti luminis.* Rectius ſcripſit Lipſ. — *Niſique et carm.* Acid. voluit. Schurzfl. *legit. Sint qui et — mirentur.* —

x) Gronov. *exauget.* Erneſt. *e pectus exſ: t.* — *Ipſas quoque* vulgo. Noſtrum omnibus probantibus e conj. Mureti et Mss. Vat. petitum. — Mox Vett. Libb. lectionem, quod Ern. Schulz. Oberl. temere negant, *rubor* et *decor* reſtitui. Certe *robur*, unde quidam *rubore.* Sic *decor.* In mediis quibusd. *decore.* Ms. Vat. *decorum.* — Deinde e conject. Gronov. et Schulting. dedit Schulz. *tingit.*

porum exprimeret. γ) Viderimus, in quantum judicio ejus vis aut animi aut ingenii suffecerit.

XXII. Ad Ciceronem venio, cui eadem pugna cum aequalibus suis fuit, quae mihi vobiscum est. Illi enim antiquos mirabantur; ipse suorum temporum eloquentiam anteponebat: nec ulla re magis ejusdem aetatis oratores praecurrit, quam judicio. Primus enim excoluit orationem, primus z) et verbis delectum adhibuit, et compositioni artem: locos quoque laetiores attentavit, et quasdam sententias invenit; utique in his orationibus, quas senior jam et juxta finem vitae composuit, id est, postquam magis profecerat, usuque et experimentis docuerat, quod optimum dicendi genus a) esset. Nam

γ) Lect. Vulg. habet nostrum *stetit* et post *exprimeret* plene interpungit. Tum: *Viderimus inquam judicio ejus vis aut animi aut ingenii suffecerit* (vel *suffuoeret*). In *vid.* vitium latere videtur Ernest.; Ursin. *Viderimus, an judicium ejus vis animi aut ingenii defecerit.* Pith. *Vid. num judicio ejus.* Lipſ. *Vid. inquam, an judicio ejus vis animi.* Acid. *et videmus*, in *quantum judicio.* Schult. *Videmus, in quantum judicium ejus et vis tum an. tum ing. suffecerit.* Edit. Oxon. *videmus in quanta.* Caetera cum Schult. Heum. *quanquam per ipſ. stetit — Uberrime namque judicio ejus — suffecit.* Nos Vett. Libb. vestigia sequuti praeter textus lectionem sic maluerimus: *viderimus, inquam, (in) quantum — suffecerit.*

z) Alii *ex verbis.* — *Locosque* vulg. Nostrum firmant Mss. Vat. — *Laetiores* erat ante Rhenan. Ipse: *altiores.* Mur. scripsit nostrum. Ms. Vat. *lectiores.* — Pro *invenit* Heum. *inseruit.* —

a) Ursin. et Acid. *discendi.* Multi probarunt Nostra Vett. Edd. lectio est. — Cum Heumanno, quem Schulz. et Oberl. sequuti jam sunt, dedi *esset.* In Vulg. *est*, quod Schurzfl. tolli vult.

Nam priores ejus orationes non carent vitiis antiquitatis: lentus est in principiis, longus in narrationibus, otiosus circa excessus, tarde commovetur, raro incalescit: pauci sensus *b)* apte et cum quodam lumine terminantur: nihil excerpere, nihil referre possis: et, velut in rudi aedificio, firmus fane paries et duraturus, sed non satis expolitus et splendens. Ego autem oratorem, sicut locupletem ac *c)* laudatum patrem familiae, non eo tantum volo tecto tegi, quod imbrem ac ventum arceat, sed etiam, quod visum et oculos delectet: non ea solum instrui supellectile, quae necessariis usibus sufficiat, sed sit in apparatu ejus et aurum et gemmae, ut sumere in manus et adspicere saepius liceat. Quaedam vero procul arceantur, ut jam oblitterata et *d)* olentia: nul-

b) Mss. opt. Rom. ed. *opaeus*; unde Lipſ. *opaeius*. Schel. *optime*. Freinsh. et Acid. *apte*; hic tamen in seqq. sic: *et cum quodam modulamine*. Schurzfl. plura deesse verba censet; conjicit *apte numerosque*. Schult. *apti nec cum quodam*. Mss. Vat. *optet* et *opti*. — Mox vett. edd. *nihil ex tempore referre*, quod e Cod. correxit Lipſ. Schel. pro *excergere* mavult *excipere*.

c) Hoc vulg. reposuimus. Lipſ. *lautum*, quod plurimi receperunt. — Verba *quod imb.* — *etiam* delet Schurzfl. — Postea vulg. *liceat* commodo sensu recepimus. Rud. Agric. *libeat*, quem multi sequuti sunt. Non pauca verba post *liceat* excidisse suspicatur Heum.

d) Acid. *et exoleta*. Qui etiam ponit *verba quaedam* — *olentia* post *infectum*. *Infect.* est e correctione Rhen. Vulg. *infectum*. — Mox ante *Annalium* excidisse *Tanusii* vel *Volusii*. Schult. *antorum interpon.* Pith. *imponantur*. — *Fugiet* et *fugiet* Mss. Vat. — Tum *determinet* habent Vett. Cod. Nescio, an restituendum —

nullum sit verbum velut rubigine infectum, nulli sensus tarda et inerti structura in morem Annalium componantur: fugiat foedam et insulsam scurrilitatem, variet compositionem, nec omnes clausulas uno et eodem modo terminet.

XXIII. Nolo irridere *rotam fortunae* et *jus Verrinum* et illud tertio quoque sensu in omnibus *e*) orationibus pro sententia positum, *esse videatur*. Nam et hoc *f*) invitus retuli et plura omisi, quae tamen sola mirantur atque exprimunt hi, qui se antiquos oratores vocant: neminem nominabo, genus hominum signasse *g*) contentus. Sed vobis utique versantur ante oculos, qui Lucilium pro Horatio, et Lucretium pro Virgilio legunt: quibus eloquentia tui Ausidii Bassi, aut Servilii Noniani, ex comparatione Sisennae aut Varronis, sordet: qui rhetorum nostrorum commentarios fastidiunt, *h*) oderunt, Calvi miran-

e) *Orat.*, quod omiserat Rhen., restituerunt Muret. et Acid. Mss. Vat. et Edd. Vett, habent. Heum. delet *omnibus*. — Pro *hoc* voluit Acid. *haec*, quod Heum. Ernest. Schulz. probarunt.

f) Scripsimus *invitatus*, quod et Lipsius probat: et in Mss. Vat. et Ed. pr. est. Puteol. *invitus*, quem deinceps sequuti sunt. — Pro vulg. *vocabant* Lipsius correxit *vocant*. Schult. et Schurzfl. *vocitant*.

g) Mss. Vat. *significasse*: vid. infr. — *Tui* ante *Ausidii* expunxit Acidal. Schurzfl. *Titi*. Sic Schulz. *T. Auf.* —

h) Sic omnes Libb. Cum Heum. expunxit Schulz. *oderunt*. — Mox Edd. Puteol. seqq. *sanitatem*, *sed jejunio consequuntur*. Ed. pr. addit *infirmitatem*. Inde Lipsius *infirmitate* et *jejunio*. Rud. Agric. *ut illam — non infirmitate*, *sed jej.*

mirantur: quos, more priſco apud judicem fabulantes, non auditores ſequuntur, non populus audit, vix denique litigator perpetitur; adeo moeſti et inculti, illam ipſam, quam jactant ſanitatem non firmitate, ſed jejunio conſequuntur. Porro ne in corpore quidem valetudinem medici probant, quae *i*) animi anxietati confinis ſit: parum eſt, aegrum non eſſe; fortem et laetum et alacrem volo: *k*) prope abeſt ab infirmitate, in quo ſola ſanitas laudatur. Vos vero, diſertiſſimi, ut poteſtis, ut facitis, illuſtrate ſeculum noſtrum pulcherrimo genere dicendi. Nam et te, Meſſala, video laetiſſima quaeque antiquorum imitantem: et vos, Ma-

conſequantur. Puteol. ſcripturam probat Schurzfl. Mss. Vat. *infirmitate, ſed jejunio conſequentur.* Bene igitur Acid. et Schel. noſtram eruerunt lectionem.

i) Vett. Edd. *animi anxietati confixit.* Ex quo eruendum *confinis ſit.* Sic reſervatur *animi* bono ſenſu. Cod. Pith. *animi anxietati confinis eſt;* ſed Ed. Francof. 1542. *ſit.* Alii *ex confixit* feçerunt *contingit;* quae lectio antiquior et verior eſt, quam recentiorum *contingat.* (*Anxietate*) *contingat* cum Lipſ. omnes. Brot. Bipont. *contingit.* Sic Mss. Vat. Erneſtio *contingat* latinius videtur. Rhen. voluit *conſiſtit.* Sed noſtrum in textu. Schurzfl. *conſit.* Groslot. *a nimia anx. contingat.*, quod probat Erneſt. Oberl. recepit. Schulz. praepoſitionem *a* abjecit. Heum. *cum animi anxietate conjunctam.* In praef. *amota anxietate* vult.

k) Vett. Edd. (Put.) *proprie abeſt.* Cod. Ven. *haut prope abeſt;* unde Schurzfl. *at prope* vel *haud procul.* — Poſt *diſertiſſimi* addidit Acid. *viri*, quod cum Schurzfl. et Heum. recepit Schulz. *Vos ergo* Cod. Venet. et Vett. Edd. vulg. *vos vero.* — Mox *Laetiſſima* Rhen.

Materne ac Secunde, ita *l*) gravitati ſenſuum nitorem et cultum verborum miſcetis; ea electio inventionis, is ordo rerum, et, quotiens cauſſa poſcit, ubertas; *m*) ea, quotiens permittitur, brevitas, is compoſitionis decor, ea ſententiarum plenitas eſt, ſic exprimitis affectus, ſic libertatem temperatis, ut etiam ſi noſtra judicia malignitas et invidia tardaverit, verum de vobis dicturi ſint poſteri noſtri.

XXIV. Quae cum Aper dixiſſet, *Agnoſcitis ne*, inquit Materna, vim et ardorem Apri noſtri? quo impetu ſeculum noſtrum defendit! quam copioſe ac varie vexavit antiquos! quanto non ſolum ingenio ac ſpiritu, ſed etiam eruditione et arte ab ipſis mutuatus eſt, per quae mox ipſos inceſſeret! Tuum tamen, Meſſala, promiſſum *n*) ita mutaſſe non debes: neque

l) Reſtitui antiquam lectionem. Recentt. *gravitate* ex Gronov. Ed. eſſe videtur. — *Senſuum nit.* bene divinaverat Acid. pro vulg. *ſummum nit.* Habent etiam Mss. Vat. — Pro *et quotiens* Schulz. *ea quot.* —

m) *Ea* in quibusd. Edd. omiſſum reperitur in Vett. Edd. et Mss. Vat. Vulg. *plenitas.* Nos cum Bip. uno Mss. Vat. conſentiente dedimus *plenitas. planitas* repoſuit Weikert. Lipſ. *ſanitas*, quod probat Erneſt. Schult. *gravitas.* *Eſt* poſt *plen.* e Mss. Vat. addit Broter. — Pro vulg. *daturi* Lipſ. *dicturi.* Neſcio, an antiquum praeferendum. —

n) Repoſui lectionem antiquam *ita mut.* pro ea, quam Lipſ. dedit, *immutaſſe.* — Ante Acid. *noſtrorum.* — Mox Vett. Edd. *aliis veſtris.* Lipſ. ex veteri, ut ait, *alias a veſtris.* Pichena et ſeqq. ſuſtulerunt praepoſ. *a.* Muret. demi voluit *veſtris.* Nos incommodum *alias* uncis incluſimus. Sic omittunt duo Mss. Vat. et dant *a veſtris*; quod jam Broter. recepit. In uno Ms. Vat. *a noſtris Phil.* — *ſaepe* rectius abeſſe videtur Heumanno. —

neque enim defensores antiquorum exigimus, nec quemquam nostrum, quamquam modo laudati sumus, his, quos insectatus est Aper, comparamus. Ac ne ipse quidem ita sentit, sed more veteri et [alias] a vestris philosophis saepe celebrato, sumpsit sibi contradicendi partes. *o)* Exprome nobis, non laudationem antiquorum (satis enim illos fama sua laudat) sed causas, cur in tantum ab eloquentia eorum recesserimus; cum praesertim centum et viginti annos ab interitu Ciceronis in hunc diem effici ratio temporum collegerit.

XXV. Tum Messala: *Sequar* a te praescriptam formam, Materne: neque enim diu contradicendum est Apro, qui primum, ut opinor, *p)* nominis controversiam movit, tamquam parum proprie antiqui vocarentur, quos satis constat ante centum annos fuisse. Mihi autem de vocabulo pugna non est, sive illos antiquos sive majores sive quo alio mavult nomine, appellet: dummodo in confesso sit, eminentiorem illorum temporum eloquentiam fuisse. Ne illi quidem parti sermonis ejus

o) Ed. pr. *exprimo*. Puteol. *exprime*. Acid. *exprome*. Sic Mss. Vat. — *Cur tantum* habet unus Vat. — *Mox ratio temp.* vulg. lect. recepimus. Schult. *ratione tem. Aper colleg.* Ernesti idem conjicit; at delet *Aper*, quem intelligi vult. Vulg. defendunt Bip. Levi mutatione legere possis *collegerit*. Sic antea *exprome*. Ernest. quoque post *effici* excidisse videtur *tantum*.

p) Vett. ed. *non . . . . movit*. Libro adjutus lacunam explevit Lips. — Heum. scripsit *primus* pro *primum*. — *Ante centum annos et intra* Muret. *Ante centum annos et ultra* Schurzfl.

ejus repugno, *q*) in qua omnino fatetur, plures formas dicendi etiam iisdem seculis, nedum diversis, exstitisse. Sed quo modo inter Atticos oratores primae Demostheni tribuuntur, proximum autem locum Aeschines et Hyperides et Lysias et Lycurgus obtinent, omnium autem consensu haec oratorum aetas maxime probatur: sic apud nos Cicero quidem caeteros eorumdem temporum disertos anteceſſit: Calvus autem et Asinius et Caesar et Coelius et Brutus *r*) suo jure et prioribus et sequentibus anteponuntur: nec refert, quod inter se specie differant, cum genere consentiant. Adstrictior Calvus, numerosior Asinius, splendidior Caesar, amarior Coelius, gravior Brutus, vehementior et plenior et valentior Cicero; omnes tamen eamdem sanitatem eloquentiae ferunt: ut si omnium pariter libros in manum

q) Vett. Edd. *si quo minus fatetur.* Postea vulgatius *cominus* p. *quo minus.* Pith. *si communius fatetur.* Acid. *quin omnes fatemur*, quod Ernest. placuit, qui tamen *fatetur* vitiosum putat et vulg. retinet. Schulting. *ubi cominus fatetur.* Schurzfl. *quasi minus fatendum.* Pichon. *si quidem nunc.* Heum. *quatenus fatetur.* Bip. *repugno sic, quo minus fatear.* Oberl. recepi*. Schulz. prius conjecerat *si quidem omnes fatemur;* at recepit e conjectura *qua omnino fatetur.* Nos ex particula *si* vulgat. lect. praep. in adjecimus servata Schulz. conjectura. —

r) Sic Lipſ. Mss. *sic vere.* Vett. Ed. *sic jure.* Inde Schurzfl. *secure.* Sed Vett. Edd. lectio non spernenda, cum praecedat *sic.* — Ante Lipſ. *As strictior*, qui e Cod. dedit *at strictior.* Ed. pr. *aut strictior.* Bene contraxit *adstrictior* Acidal. — Pro *numerosior* Schel. *moerosior.* — *Sanitatem* primus Rhen. pro *sanctitatem*, lect. antiq., dedit. — Pro *ferunt* Acidal. voluit *praeferunt.* —

sum *s*) sumpseris, scias, quamvis in diversis ingeniis, esse quamdam judicii ac *t*) voluntatis similitudinem et cognationem. Nam quod invicem se obtrectaverunt, et supersunt aliqua epistolis eorum inserta, ex quibus mutua malignitas *u*) detegitur, non est oratorum vitium, sed hominum. Nam et Calvum et Asinium et ipsum Ciceronem credo solitos et invidere et livere, et caeteris humanae infirmitatis vitiis adfici. Solum inter hos arbitror Brutum, non malignitate nec invidia, sed simpliciter et ingenue judicium animi sui detexisse. An invideret Ciceroni, qui mihi videtur ne Caesari quidem invidisse? Quod ad Ser. Galbam et *v*) C. Laelium attinet, et si quos alios

s) Libb. Edit. *sumseris, quamvis.* Lipsius invenit in libr. scripto *sumpseris sciam quamvis;* igitur legi vult *in manus sumpseris, scias, quamvis.* Muret. supplebat *sentias;* quod placet Acidal. Equidem maluerimus *scies.* Schurzfl. *sumseris, quamvis — ingeniis, esse tamen q. i. similatudinem — fatearis.* Heum. *sum., q. — ingeniis videns — cognationem.* —

t) In Edd. Vett. *voluminis.* Rhen. *luminis.* Lipsius. *voluntatis.* Acidal. *nihilominus.* Facile ingeniose: *acuminis.* — In Vett. Edd. erat *cogitationem.* Inde haud male Schurzfl. *cogitationum.* Beroald. dedit *cognationem.* — Mox Mss. Vat. pro *supersunt* habent *sunt.* Ed. pr. *super aliqua.* Unde Puteol. *supersunt aliqua.* Nescio an vocula *super* expungenda sit.

u) Schurzfl. *intelligitur. Ex* ante *quibus* delet Acid. quod si auctor posuisset, sequi debere putat *deprehenditur.* — Mox Schult. *et irridere et livere* aut *inludere et livere.*

v) Multa e Dialogo excidisse inde colligit Schurzfl., cum *Laelii* nomen Aper in antecedentibus non incesserit. — Pro *destitit* Beroald. *desistit,* quod Brot. recepit. — Deinde *exigo* Heum.

alios antiquorum agitare non desiit, non exigit defensorem, cum fatear, quaedam eloquentiae eorum, ut nascenti adhuc nec satis adultae, defuisse.

XXVI. Caeterum si, omisso optimo illo et perfectissimo genere eloquentiae, eligenda sit forma dicendi, malim hercule C. Gracchi impetum aut L. Crassi maturitatem, quam calamistros Maecenatis aut tinnitus Gallionis. Adeo x) melius est oratorem vel hirta toga induere, quam fucatis et meretriciis vestibus insignire. Neque enim oratorius iste, immo, hercule, ne virilis quidem cultus est, quo plerique temporum nostrorum actores ita utuntur, ut lascivia verborum et levitate sententiarum et licentia compositionis histrionales modos exprimant: quodque vix auditu fas esse debeat, laudis et gloriae et ingenii loco plerique jactant, *cantari saltarique commentarios suos*. Unde oritur illa foeda et praeposterа, sed tamen frequens y) quibusdam exclamatio, ut oratores nostri *tenere dicere*, histriones *diserte saltare* dicantur. Equidem non negaverim, Cassium Severum, quem solum Aper noster nominare ausus est, si his comparetur, qui postea fuerunt, posse oratorem vocari, quamquam in magna parte libro-

x) Ed. pr. *adeo melius in*. Puteol. et Vett. *adeo melius*. Inde Pichena: *malim*, quod plerique receperunt. Mss. Vat. habent vulg. atque etiam addunt *est*. — Pro vulg. *ipsorum nostrorum* Lipsius e Cod. *temporum*. At malim *istorum tempor. nost.* — Pro *actores* Schulting. vult *rhetores*. Mss. Vat. *auctores*. — *Debebat* loco *debeat* voluerunt Muret. et Acid.; Ernesti probat.

y) Ante Rhen. *sicut his clam et exclamatio*. — Lipsius e conjectura *tenere*. Antea *temere*.

librorum suorum plus z) vis habeat, quam sanguinis. Primus enim, contempto ordine rerum, omissa modestia ac pudore verborum, ipsis etiam, quibus utitur, armis incompositus, et studio feriendi plerumque dejectus, non pugnat, sed rixatur. Caeterum, ut dixi, sequentibus comparatus et varietate eruditionis et lepore urbanitatis et ipsarum virium robore multum caeteros superat: quorum neminem Aper nominare et velut in aciem educere sustinuit. Ego autem exspectabam, ut incusato Asinio et Coelio et Calvo, aliud a) novum agmen produceret, pluresque vel certe totidem nominaret, ex quibus alium Ciceroni, alium Caesari, singulis demum singulos opponeremus. Nunc, detrectasse nominatim antiquos oratores contentus, neminem sequentium laudare ausus est, nisi in publicum et in commune: veritus, credo, ne multos offenderet, si paucos b) excerpsisset. Quotus

z) Adhuc antiquam servavimus lectionem *vis*. Gronov. *irae*. Schurzfl. *puris*, quod, Bipp. probantibus, recepit Schulz. Sic Weikert et Woltman. Drück. *bilis*. — *Utimur* ante Rhen. vulg. lectio. — Vett. Ed. *dejectus*. Lips. in Cod. Rom. invenisse dicit *detectus*. Sed ed. pr. (Cod. Lips. Rom.) Put. Ber. *dejectus*. Igitur vulg. praetulimus, etsi elegantissima Lipsii conjecturaest; quam probarunt plerique. Bipont. *defectus*.

a) Haec antiq. lect. Lips. e Cod. Rom. *nobis*, quod omnes, invitis caeteris Codd. et Edd., receperunt.

b) Pith. *excepisset*. — Mox Schurzfl. vel delet *sua* vel *suavi* legere vult, quod dedit Heum. — Deinde Schurzfl. locum sic constituit: *ut, si ante Ciceronem non numeret se, at* (vel *tamen*) *plane post Gabinianum*. Sufficere *non inserere*, vel *non qui-*

tus enim quisque scholasticorum non hac sua persuasione fruitur, ut se ante Ciceronem numeret, sed plane post Cabinianum?

XXVII. At ego non verebor nominare singulos, quo facilius, propositis exemplis, appareat, quibus gradibus fracta sit et deminuta eloquentia. *Appropera*, inquit Maternus, et *e*) potius exsolve promissum. Neque enim hoc colligi desideramus, disertiores esse antiquos, quod apud me [e]quidem in confesso est, sed causas exquirimus, quas te solitum tractare paullo ante *d*) dixisti, plane mitior

quidem, quod excidisse manifestum sit, putat Oberl. et in textum recepit. Varios locum hunc interpretandi modos vid. ap. Bip. et Schulz.

c) Acid. *ocius*. Heum. recepit. — *Equidem* vulg. lect. E uncis inclusimus. Passim *equidem* sic conjungitur. Ernest. primus voluit *quidem*.

d) Vulg. lect. *paullo ante mitiore eloquentia et temporum nostrorum miratus: iratus anteq. Iratus* expunxit Rhen. Quidam, ut ait, liber apud Lipс. *paullo ante dixisti, plane mitiore*. Verbum *dixisti* a plurimis recipiebatur Editt. Gronov. *paull. a. mitiore eloquentia et temporum nostrorum, narrabas* (hoc ex τῷ *miratus*). Acid. — *ante dixisti, sane mitiore eloq. et temporum nostrorum imitatus*. Schulting. — *tractare publice, antique plane more et eloquentia non tempp. nostrorum, sum miratus*. Schurzfl. *quas ais te s. t. Paullum enim te anteponere nitorem eloquentiae temp. nost. sum ratus*. Brot. *p. a. dixisti, plane mitiore eloquentia, et temporum nostrorum, iratus anteq.* Nos adhuc servavimus Schelii conjecturam, quae Heum. Bip. Schulz. Oberl. probabatur. At vide, an nobiscum scribere tibi magis arrideat: *paullo ante, mitior* (*l. mitius*) *et el. t. n. non* (*l. minime*, ex *miratus*) *iratus narrasti*. *Plane* e textu expungendum est, cum non insit in Vett. Edd. Verbum autem,

mitior et eloquentiae temporum noſtrorum non iratus, antequam te Aper offenderet, majores tuos laceſſendo. *Non* ſum, inquit, *e*) offenſus a prima diſputatione; ne vos offendi decebit, ſi quid forte aures veſtras perſtringet; cum ſciatis, hanc eſſe ejusmodi ſermonum legem, judicium animi citra damnum affectus proferre. *Perge*, inquit Maternus, et cum de antiquis loquaris, *f*) utere antiqua libertate, a qua vel magis degeneravimus, quam ab eloquentia.

Et Meſſala: *Non* reconditas, Materne, XXVIII
cauſſas requiris, nec aut tibi ipſi, aut huic Secundo, vel huic Apro ignotas, *g*) etiamſi mihi

autem, quod deſideratur, latere in τῷ *miratus*; mihi cum Gronov. perſuaſum eſt. — In ſeqq. Heum. maluit *inceſſendo* pro *laceſſando*. —

e) Commode ſenſu vulg. lect. *a prima diſp.* reſtituimus. Lipſ. *Aprina diſput.* Gronov. *Apri noſtri d.* Schurzfl. *Apri mei.* Gronovium Bip. Schulz. Oberl. ſequuti ſunt. Brot. retinuit Lipſianum. — *Edd. Vett. perſtringit.* — *Citra demum adfectus* Pithoeus in ſuo libro invenerat. Schurzfl. probat. Pithoeus inde *citra dementiam adf.*

f) *Et cum* addidit e ſcripto ſuo Lipſ. Prb *utere* Sebaſt. Gryphius legebat *vetere*. Igitur Schurzfl. *inquit M. de antiquis loquere vetere et antiq. lib.* Faernus: *de antiquis loquens.* Pith. *de antiquis loquaris antiqua libertate.* Sic equidem *vetere*, τοῦ *antiqua* interpretamentum, e textu expunxerimus, vel *M. de a. loquaris vetere at ant.* — Ante *qua vel* praepoſitio *a* deeſt in Mss. et Vett. Edd., quam Editor., Freinshem. et Lat. Latinio ſuadentibus, receperunt.

g) In Edd. antiq. *et jam mihi.* Sic Pith. Lipſius e Codic., qui habet *etenim jam ſi*, dedit *etiamſi.* Rutgers. *tamen etſi.* Mihi *etiamſi* videtur incommodum.

mihi partes adſignatis proferendi in medium, quae omnes ſentimus. Quis enim ignorat et eloquentiam et caeteras artes deſciviſſe ab iſta vetere gloria, non inopia hominum, ſed deſidia juventutis et negligentia parentum et inſcientia praecipientium et oblivione moris antiqui? Quae *h)* mala primum in Urbe nata, mox per Italiam fuſa, jam in provincias manant. Quamquam noſtra nobis notiora ſunt: ego de Urbe, et his propriis ac vernaculis vitiis loquar, quae natos ſtatim excipiunt et per ſingulos aetatis gradus cumulantur; ſi prius de ſeveritate ac disciplina majorum circa educandos formandosque liberos pauca praedixero. Jam primum, ſuus cuique filius, ex caſta parente natus, non in cella emptae nutricis, ſed gremio ac ſinu matris educabatur, cujus praecipua laus erat, tueri domum et inſervire liberis. Eligebatur autem aliqua major natu propinqua, cujus probatis ſpectatisque moribus omnis *i)* ejusdem familiae ſoboles committeretur, coram qua neque dicere fas erat, quod turpe dictu, neque facere, quod inhoneſtum factu vide-

---

h) Schurzfl. ſic vult *quae, malum!, prim.* — *Veſtra vobis* habent Edd. Vett. In Mss. Vat. et ed. Beroald. *noſtra vobis*. Recentior. *noſtra nobis.* — Pro *ego* conjecit Acid. *ergo.* Heum. et Schulz. receperunt. Nos ante *quamquam* plene interpunximus.

i) *Ejusdem* e Mss. Vat. recepimus cum Broter. Vett. Edd. *cujusdam.* Rhen. reſcripſit *cujuspiam*, quod in omnes adhuc migravit Editiones. —

videretur. Ac non ſtudia *k*) [ſolum] curasque, ſed remiſſiones etiam luſusque puèrorum, ſanctitate quadam ac verecundia temperabat. Sic Corneliam Gracchorum, ſic Aureliam Caeſaris, ſic Atiam Auguſti matrem praefuiſſe educationibus ac produxiſſe principes liberos accepimus. Quae diſciplina ac ſeveritas eo pertinebat, ut ſincera et integra et nullis pravitatibus detorta uniuscujusque natura toto ſtatim pectore arriperet artes honeſtas, et, ſive ad rem militarem, ſive ad juris ſcientiam, ſive ad eloquentiae ſtudium inclinaſſet, id ſolum ageret, id univerſum hauriret.

XXIX. At nunc natus infans delegatur Graeculae alicui ancillae, cui adjungitur unus aut alter ex omnibus ſervis, plerumque vilиſſimus, nec cuiquam ſerio *l*) miniſterio accommodatus. Horum fabulis et erroribus teneri ſtatim et rudes animi imbuuntur. Nec quisquam in tota domo penſi habet, quid coram infante domino, aut dicat, aut faciat:

k) Edd. antiq. addunt et negligunt *ſolum*. Vetus Farneſ. apud Lipſ. inſerebat *modo*, quod, illo probante, cum Pichena omnes dederunt. Sed nobis vocula haec, Varietate Lect. adjuvante, videtur ſpuria; igitur uncis incluſimus. Caeterum *ſolum* eſſet praeferendum ob auctoritatem. Schurzfl. *non ſtudia muſasque ſolas*. Beroald. *morasque*. Alii *moresque*. — Pro praecedente *ac* Muret. et Acid. voluerunt *haec*. — Mox Edd. Vett. *Actiam*. vulgo *Attiam*. Pith. *Acciam*. Vid. Suet. Aug. c. 5. —

l) Vett. Edd. *ſerio miniſter*. Lipſ. correxit. Schurzfl. *ſerio miniſter*. Idem *terroribus* p. *err*. — Pro *quando etiam* Mss. Vat. bene habent *quin etiam*.

faciat: quando etiam ipsi parentes nec probitati, neque modestiae, parvulos adsuefaciunt, sed lasciviae et *m*) libertati; per quae paullatim impudentia irrepit et sui alienique contemptus. Jam vero propria et peculiaria hujus Urbis vitia paene in utero matris concipi mihi videntur, histrionalis favor et gladiatorum equorumque studia: quibus occupatus et obsessus animus quantulum loci bonis artibus relinquit? Quotum quemque inveneris, qui domi quidquam aliud loquatur? Quos alios adolescentulorum sermones excipimus, si quando auditoria *n*) intravimus? Ne praeceptores quidem ullas crebriores cum auditoribus suis fabulas habent. XI. Colligunt enim discipulos non severitate disciplinae, nec ingenii experimento, sed ambitione salutantium et illecebris adulationis. Transeo prima discentium elementa, in quibus et ipsis parum elaboratur: nec in auctoribus cognoscendis, nec in evolvenda antiquitate, nec in *o*) notitia vel rerum vel homi-

m) Haec vetust. lect. est. Lipsius e Vetere: *bibacitati*. Inde Rutgers. *vivacitati*. Bip. *dicacitati*. Schulz. et Oberl. receperunt. Schurzfl. *licentiae*. — Pro *alien*. Heum. *aliorumque;* quod probo, cum in Vet. Ed. lacuna sit. — *Tam vero* dedit Lipsius. In Vett. Edd. *ideo vero*. — *Historialis fav.* habet Ed. pr.

n) *Intravimus* Schel. et Heum. — Ante Gronov. *nec p. quidem*. — Interrog. signum post habent Sustulit Acid. — *Salutantium* est vulg. lect. Schel. et Acid. emendabant *salutationum*. — *Sed illeceb.* ed. vett.; Lipsius correxit.

o) *In notitiam* erat ante Pichen. lectio editionum. — *Exspectantur* antiqua lect. est. *Expetuntur* Pithoe. Lipsius, caeterique Editt. dederunt. — *Ut quorum prof.* ed. vett.; Rhen. correxit. — Libr. Editi: *habuit*. —

hominum vel temporum ſatis operae inſumitur: ſed exſpectantur, quos *rhetoras* vocant, quorum profeſſio quando primum in hanc Urbem introducta ſit, quamque nullam apud majores noſtros auctoritatem habuerit, ſtatim *p*) docuero.

Referam neceſſe eſt animum ad eam xxx.
diſciplinam, qua uſos eſſe eos oratores accepimus, quorum infinitus labor et quotidiana meditatio et in omni genere ſtudiorum *q*) exercitationes, ipſorum etiam continentur libris. Notus eſt vobis utique Ciceronis liber, qui *Brutus* inſcribitur, in cujus extrema parte, (nam prior commemorationem veterum oratorum habet) ſua initia, ſuos gradus, ſuae eloquentiae velut quamdam educationem refert: ſe apud Q. Mucium jus civile didiciſſe; apud Philonem Aca-

p) Mss. et Vett. Ed. ſic ſtatim *de* * *curiis*. Lipſ. inde *ſt. decurſis his*. (ſuppl. *prōmam* ſ. *dicam*). Pith. *ſtatim audietis*. Rud. Agric. *docuero*. Probat Lipſ. et recepit cum plurimis Erneſti. Gronov. *ſt. dicturus*, *referam*. Heum. Bipont., qui ſectionem hunc verbis: *continent. libr.*, et Oberl., qui illis *oper. ipſum.* terminat, ſequuti ſunt. Sed omnes has conjecturas non probat Schurzfl., cui inprimis displicet *ſtatim*. Igitur conjecturat: — *habuit*, *SCtum docuerit*. Acid. *ſt. dicam*. *Prius refer*. Hoc expreſſit Schulz. Pichon: *dicere docuerit* vel *diſſeruero*. Nos adhuc R. Agricol. conjecturam dedimus. Fortaſſe ſcribendum: *ſtatim dicturus ſum* vel *ſt. dicam curioſe*.

q) *Exercitationis* Ed. pr. Mss. Vat. *genere aſſiduae exercitationes*. Pro *etiam* Heum. *etiam nunc*. — *Nobis utiq.* habent Mss. et Editt. Rhen. dedit vobis. Antiquam ſcripturam defendunt Pichon. et Brot.

Academicum, apud r) Diodotum Stoicum omnes philosophiae partes penitus hausisse; neque his doctoribus contentum, quorum ei copia in Urbe contigerat. Achaiam quoque et Asiam peragrasse, ut omnem omnium artium varietatem complecteretur. Itaque hercule in libris Ciceronis deprehendere licet, non geometriae, non musicae, non grammaticae, non denique ullius ingenuae artis scientiam ei defuisse. Ille dialecticae subtilitatem, ille moralis partis s) utilitatem, ille rerum motus causasque cognovit. Ita enim est, optimi viri, ita ex multa eruditione, ex pluribus artibus et omnium rerum scientia exundat et exuberat illa admirabilis eloquentia: neque oratoris vis et facultas, sicut caeterarum rerum, angustis et brevibus terminis t) cluditur; sed is est orator, qui de omni quaestione pulchre et ornate et ad persuadendum apte dicere, pro dignitate rerum, ad utilitatem temporum, cum voluptate audientium possit.

Haec

r) Vulgo *Diodorum.* — Lib. Edd. *omnis ph.* Mss. Vat. *omnes.* Schulz. et Oberl. *omnis* esse antiquiorem scripturam pro *omneis* putant.

s) Haec Acid. et Schurzfl. *suspecta.* Acid. pro *util.* vult *nobilitatem.* Schurzfl. mutat *partis* in *artis*, *utilit.* pro glossemate habet et *moralis artis* antiquo more accusandi casu poni arbitratur. — *Mille* (pro *ille*) *rerum* Pith. habet. — *Ita* ante *ex mult.* delet Heum. At scribere etiam vult *ita en. e., o. v., ita est: ex m.* — Mox ante Rhen. erat *et plurib. partibus.*

t) Heum. *includitur.* Ante ed. pr. *angustiis.* Put. emendavit.

Haec sibi illi veteres *u*) persuadebant. XXXI. Ad haec efficienda intelligebant opus esse, non ut in rhetorum scholis declamarent, nec ut fictis, nec ullo modo ad veritatem accedentibus; controversiis linguam modo et vocem exercerent, sed ut his artibus pectus implerent, in quibus de bonis ac malis, de honesto ac turpi, de justo et injusto disputatur. Haec enim est oratori subjecta ad dicendum materia. Nam in judiciis fere de aequitate, in *v*) deliberationibus de honestate dicimus, ita ut plerumque haec ipsa invicem misceantur: de quibus copiose et varie et ornate nemo dicere potest, nisi qui cognovit naturam humanam et vim virtutum, pravitatemque vitiorum et *x*) intellectum eorum, quae nec in virtutibus, neque in vitiis numerantur. Ex his fontibus etiam illa profluunt, ut facilius iram judicis vel instiget, vel leniat, qui scit, quid ira; promptius ad miserationem impellat, *y*) qui scit,

u) *Persuaserant* et *ad hoc efficiendum* Mss. Vat. — In Libb. Ed. deest *in* ante *scholis*, quod addidit Acid. Editores sequuti sunt. Mss. Vat. *in rhetorum*. Bene Brot. monuit scriptum olim fuisse *ut in rhetorum*.

v) Urs. et Muret. locum hunc videri mutilum monent. Igitur h. l. supplendum suadent in delib. *de utilitate*, *in laudationibus de honestate*. — Mss. Vat. *differimus*. —

x) Schel. *delectum*, quod Heum. recepit. Antea *cognorit* pro *cognovit* vult Oberl. —

y) Lips. bene scripsit et distinxit. Ante eum: *quid irae promptius et miserationem impellat*. *Sit* ante *miseric*. Broterio redundare videtur. Paullo post *avenas anim*. Ed. pr. et Mss. Vat. Puteol. primus correxit.

scit, quid sit misericordia et quibus animi motibus concitetur. In his artibus exercitationibusque versatus orator, sive apud infestos, sive apud cupidos, sive apud invidentes, sive apud tristes, sive apud timentes dicendum habuerit, tenebit habenas animorum: et prout cujusque natura postulabit, adhibebit manum et temperabit orationem, parato omni instrumento et ad omnem usum repositо. Sunt, apud quos adstrictum et collectum et singula statim argumenta concludens dicendi genus plus fidei meretur: apud hos dedisse operam dialecticae proficiet. Alios fusa et aequalis, et ex communibus ducta z) sermonibus oratio, magis delectat: ad hos permovendos mutuabimur a) aliquid a Peripateticis. [Hi] aptos et in omnem disputationem paratos jam locos dabunt, Academici pugnacitatem, Plato altitudinem, Xenophon jucunditatem: ne Epicuri quidem et Metrodori honestas quasdam exclamationes adsumere, hisque, prout res

z) Multo meliorem puto lectionem antiquam, *sermonibus*. Igitur restitui. Lipsius primus *sensibus*, quod in omnes Edd. migravit. — *Mutuabimus* erat ante Rhen. *Mutuabimur* etiam Mss. Vat. —

a) Ed. pr. *aliquid Peripateticis: aptos*. Puteol. emendaverat: *al. a Perip.: hi aptos*. Optime Mss. Vat. *mutuabimus a Peripateticis aptos et — locos. Dabunt* —. Haud multum abest, quin sic scribam cum Broterio. *Hi*, quod non ex libb. est, uncis inclusi. Caeterum Rud. Agric. sic locum scripsit et distinxit: *a Peripateticis. Aptos et in omnem* disciplinam *parat. i. l. dabunt Academici, Stoici pugnacitatem.* Valde placuit hoc Lipsio. — Suspicabatur Schulz. annon scribendum esset *latitudinem* pro *altitud.* —

res *b*) poſcit, uti, alienum erit oratori. Neque enim ſapientem informamus, neque Stoicorum civitatem, ſed eum, qui non quasdam artes *c*) haurire, ſed omnes liberaliter debet. Ideoque et juris civilis ſcientiam veteres oratores comprehendebant, et grammatica, muſica et geometria imbuebantur. Incidunt enim cauſſae plurimae quidem, ac paene omnes, quibus juris notitia deſideratur: *d*) pleraeque autem, in quibus haec quoque ſcientia requiritur.

Nec quisquam reſpondeat, *e*) ſufficere, XXXII
ut ad tempus ſimplex quiddam et uniforme doceamur. Primum enim aliter utimur propriis, aliter commodatis: longeque intereſſe mani-

b) Brot. ſcripſit *poſcet*. Sic jam voluerant Pith. et Huet. — *Stoic. civ.* ſuſpecta erat Acid. Schurzfl. inde conjicit: *inform. in Stoicorum incivilitate*. Heum. *alienum erit. Orator enim ſapientem, quem informarunt Stoici, imitabitur, qui non.*

c) Vulg. *audire*. Lipſ. *adire* vel *haurire*. Cum Schulz. et Oberl. dedimus *haurire*. Pro *liberaliter* Lipſ. *liberales*. Schurzfl. *artes adire, ſed omnes liberaliter audire deb.* Acid. *artes libare, ſed omnes haurire liberaliter debet*. Schulting. *audire, ſed per omnes liberales ire debet.*

d) Ante Rhen. *plerisque*. Schurzfl. *pluresque* (ex antiq. *ploerisque*). — *Haec q. ſcientia* vetuſta lectio eſt. Rhen. *hae q. ſcientiae*, quod omnes fere receperunt. Schurzfl. *harum q. ſcientia*. Heum. *perſaepe autem hae q. ſcientiae.*

e) Ed. pr. *ſufficeret*. Inde fecit Puteol. *ſufficit*. Bene Pith. ex Cod. *ſufficere*, quod etiam Gronov. voluit. — *Uniforme* habet Ed. pr.; *informe* Puteol. Beroald. — Mox *primum autem* erat in Vett. Edd. *Enim* dedit Rhen. — Pro *mutuetur* voluit Pith. *mutuemur*.

manifeſtum eſt, poſſideat quis, quae profert, an mutuetur. Deinde ipſa multarum artium ſcientia etiam aliud agentes nos ornat, atque ubi minime credas, eminet et excellit. Idque non doctus modo et prudens auditor, ſed etiam populus intelligit, ac ſtatim ita laude proſequitur, ut legitime ſtuduiſſe, ut per omnes eloquentiae numeros iſſe, ut denique oratorem *f*) etiam fateatur: quem non poſſe aliter exſiſtere, nec exſtitiſſe umquam confirmo, niſi eum, qui, tamquam in aciem omnibus armis inſtructus, ſic in forum omnibus artibus armatus exierit; quod adeo negligitur ab horum temporum diſertis, ut in actionibus eorum *g*) fex quoque quotidiani ſermonis, foeda ac pudenda vitia deprehendantur; ut ignorent leges, non teneant Senatusconſulta, jus civitatis ultro derideant: ſapientiae vero ſtudium et praecepta prudentium penitus reformident, in pauciſſimos ſenſus et anguſtas ſententias detrudant eloquentiam, velut expulſam regno ſuo:

f) Schurzfl. *eſſe denique oratorem eum fatetur.* Inde Schulz. *or. eſſe eum fat.* Heum. *oratorem talem f.* — *Inſtructus ſit* erat ante Rhen., qui locum valde in Edd. Vett. turbatum emendavit. —

g) Antiq. lect. *vix q. q. ſ. foeda ac pud. vitia;* quam praefert Lat. Latinius. Rhen. dedit noſtrum *fex*, quod multis probatur. Acid., ſi *fex* retinetur, ſcribi vult: *foedo ac pudendo vitio deprehendatur.* Alias ille: eorum *fere quotid. ſerm.* Schurzfl. *ſaepius* excidiſſe poſt *ſermonis* putat. Heum. *act. eor. foeda quoque q. ſ. ac pudenda vitia.* Nobis in *vix* adverbium aliquod, forſitan *ſic*, latere videtur. Schulz. *vitia* delet poſt *pud.* et ponit ante *quoque*, quaſi ex *vix* ortum. In Mss. Vat. *vis quoque.* — Infra pro *domino* in ed. pr. eſt *dicunt.*

ſuo! ut, quae olim omnium artium domina pulcherrimo comitatu pectora implebat, nunc circumciſa et amputata, ſine apparatu, ſine honore, paene, dixerim ſine ingenuitate, quaſi una ex ſordidiſſimis artificiis, diſcatur. *h*) Ergo hanc primam et praecipuam cauſſam arbitror, cur tantum ab eloquentia antiquorum oratorum receſſerimus. Si teſtes deſiderantur, quos potiores nominabo, quam apud Graecos Demoſthenem? quem ſtudioſiſſimum Platonis auditorem fuiſſe, memoriae proditum eſt. Et Cicero his, ut opinor, verbis: *quidquid in eloquentia effecerit, i) id ſe non rhetorum, ſed Academiae ſpatiis conſecutum.* Sunt aliae cauſſae magnae et graves, quas a vobis aperiri aequum eſt, quoniam quidem ego jam meum munus explevi, et, quod mihi in conſuetudine eſt, ſatis multos offendi: qui ſi forte hoc *k*) audirent, certum habeo dicturos, me, dum juris et philoſophiae ſcientiam tamquam oratori neceſſariam laudo, ineptiis meis plauſiſſe.

Et Maternus: *Mihi* quidem, inquit, xxxiii ſuſceptum a te munus adeo peregiſſe nondum

h) Libri Editi: *ergo.* Pithoeus voluit *ego.* Sic etiam habent Mss. Vat. Brot. et Bip. receperunt.

i) Pro *id ſe* Mur. et Urſin. *ait ſe.* Recepit Schulz. At Pichena mavult *Et Ciceronem* (a ſuper. *nominabo*). Mss. Vat. ante *verbis* addunt *refert.* Expreſſit cum Broterio Oberlinus. Sed a ſcioli manu hoc eſt. Tales ellipſes non raro. Supple cum Erneſt. *teſtatur, profitetur.* — Acid. *non in rhetorum.* — *Spatiis* a Lipſio. Prius *ſpatia;* vel *ſpatio* Beroald. — Mss. Vat. non habent *a* ante *vobis.*

k) Heum. *audient.* Brot. *audierint.*

dum videris, ut *l*) inchoasse tantum, et velut vestigia ac lineamenta quaedam ostendisse videaris. Nam quibus instrui veteres oratores soliti sint, dixisti, differentiamque nostrae desidiae et inscientiae adversus acerrima et fecundissima eorum studia demonstrasti: caetera exspecto, ut, quemadmodum ex te didici, quid aut illi *m*) scirent, aut nos nesciamus, ita hoc quoque cognoscam, quibus exercitationibus juvenes, jam et forum ingressi, confirmare et alere ingenia sua soliti sint. Neque enim arte et scientia, sed longe magis facultate *n*) eloquentiam contineri, nec tu, puto, abnues, et hi significare vultu videntur. Deinde, cum Aper et Secundus idem annuissent, Messala, quasi rursus incipiens: *Quoniam* initia et semina veteris eloquentiae satis demonstrasse videor, docendo, quibus artibus antiqui oratores institui erudirique soliti sint, persequar nunc *o*) exercitationem eorum, quamquam ipsis arti-

l) Schurzfl. de antiqua scriptura verbi *inchoandi* disputat et Vett. Edd. *incohasse* praefert.

m) Schurzfl. *scierint*. Recepit Heum.; probat Ernest.; cui etiam orationis structura *nesciremus* postulare videtur. — *Et* ante *forum*, quod ad praecedentia spectat, delevit Schulze. Sic Oberl. Ernest. *juv. et jam forum*. — *Ingressuri* Ms. Vat. habet. Cum Ernestio receperunt Schulz. et Oberl.

n) Sic Rhen. Ante eum: *facultate et eloquentia*. Rud. Agricol. *facultate et meditatione eloquentiam*. Lipsio placuit; non Schurzfl., qui, si quid addendum esset, exspectabat *et experientia*. — Post *Aper* addidit e Vatt. Mss. *quoque* Broter. —

o) *Exercitationes* Mss. Vat.; Brot. et Oberl. receperunt. — Heum. pro *aut tam* dedit *ac t.* — *Ut* ante *scientiae* delet Schulz. sic jam voluerunt Acid. et Heum. *Nisi* et conjecit Huet.

artibus ineſt exercitatio, nec quisquam percipere tot reconditas aut tam varias res poteſt, niſi ut ſcientiae meditatio, meditationi facultas, facultati *p*) vis eloquentiae accedat: per quae colligitur eamdem eſſe rationem, et percipiendi, quae proferas, et proferendi, quae perceperis. Sed ſi cui obſcuriora haec videntur, isque ſcientiam ab exercitatione ſeparat, id certe concedet, inſtructum et plenum his artibus animum, longe paratiorem ad eas exercitationes venturum, quae propriae *q*) curae oratorum videntur.

Ergo apud majores noſtros juvenis ille, XXXIV
qui foro et eloquentiae *r*) parabatur, imbutus jam domeſtica diſciplina, refertus honeſtis ſtudiis, deducebatur a patre vel a propinquis ad eum oratorem, qui principem in civitate locum obtinebat. Hunc ſectari, hunc proſequi, hujus omnibus dictionibus intereſſe ſive in judiciis ſive in concionibus ad-

p) *Uſus eloq.* voluit Acidal. Receperunt Heum. et Schulz. — *Longe paratum* erat ante Lipſ. —

q) Ed. pr. *circa oratorium.* Puteol. et caeteri: *circa oratoriam.* Rud. Agric. *propriae eſſe oratorum.* Lipſ. *circo oratoria.* Schel. *circo oratorum.* Broterio redundare videtur *circa.* Igitur vult *propriae oratorum vid.* Erneſti *curae oratorum,* quod cum Bip. Schulz. Oberl. recepimus.

r) *Probatur* habet Ed. pr. Noſtra Puteolana debetur. — Paullo poſt lect. vulg. ſervavimus. Mss. Vat. habent *principem in civitate locum obtinebant.* Sic Brot. Bip. Schulz. Oberl. — Mox Lipſ. e Cod. Farnes. aliquot verſus inſeruit. In Edd. Vett. ſic: *dictionibus intereſſe — — — utque ſic dixerim.* Brot. vult *jurgiis immiſceri*, et alterum *intereſſe* a ſuperioribus, librariorum vitio, repetitum putat.

adſueſcebat, ita ut altercationes quoque excipere et jurgiis intereſſe, utque ſic dixerim, pugnare in proelio diſceret. Magnus ex hoc uſus, multum conſtantiae, plurimum judicii juvenibus ſtatim contingebat, in media luce ſtudentibus, atque inter ipſa diſcrimina, ubi nemo impune ſtulte aliquid aut contrarie dicit, *s*) quo minus et judex reſpuat et adverſarius exprobret, ipſi denique advocati aſpernentur. Igitur vera ſtatim et incorrupta eloquentia imbuebantur: et quamquam unum ſequerentur, tamen omnes ejusdem aetatis patronos in plurimis et cauſſis et judiciis cognoſcebant; habebantque ipſius populi *t*) diverſiſſimarum aurium copiam, ex qua facile deprehenderent, quid in quoque vel probaretur, vel displiceret. Ita nec praeceptor deerat optimus quidem et electiſſimus, qui faciem eloquentiae, non imaginem praeſtaret; nec adverſarii et aemuli, ferro, non *u*) ſudibus dimicantes: ſed auditorium ſemper plenum, ſemper novum, ex invidis et faventibus, ut nec bene dicta diſſimularentur. Scitis enim magnam illam et

s) Sic jam Ed. pr. Sed Put. et Rhen. *quod et judex.* Prius reſtituit Lipſ.

t) Rud. Agric. *populi et div.* Lipſ. *populi i. (id eſt) divers.* — *Deprehenderent* eſt e Mss. Vat.; quod poſt Brot. omnes ſcripſerunt. Ed. pr. *deprehendentur.* Puteol. *deprehendebatur.* — Acid. pro *ita nec* voluit *jam vero nec.* —

u) Sic Vet. lectio, quam etiam Schurzfl. defendit. Vid. et Schel. — Lipſ. *rudibus;* quod ſcripſerunt omnes. — Mox Schulz. *et audit.* ſcripſit. — Deinde Rud. Agric. explevit *nec bene nec male dicta.* Sic habent Pith. et Bip. et Lipſio conjectura haec placet.

et duraturam eloquentiae famam non minus in diverſis ſubſelliis parari, quam ſuis: quin immo conſtantius ſurgere ibi, fidelius corroborari. Atque hercule ſub ejusmodi *v*) praeceptoribus juvenis ille, de quo loquimur, oratorum diſcipulus, fori auditor, ſectator judiciorum, eruditus et adſuefactus alienis experimentis, cui, quotidie audienti, notae leges, non novi judicum vultus, frequens in oculis conſuetudo concionum, ſaepe cognitae populi aures, ſive accuſationem ſuſceperat, ſive defenſionem, ſolus ſtatim et unus *x*) cuicumque cauſſae par erat. Nonodecimo aetatis anno L. Craſſus C. Carbonem, uno et viceſimo Caeſar Dolabellam, altero et viceſimo Aſinius Pollio C. Catonem, non multo aetate antecedens Calvus Vatinium, iis orationibus inſecuti ſunt, quas hodieque cum admiratione legimus.

At nunc adoleſcéntuli noſtri deducun- XXXV.
tur in *y*) ſcenas ſcholaſticorum, qui *rhetores* vocantur: quos paullo ante Ciceronis tem-

v) Vett. Edd. *praeceptionibus*. Noſtra lectio Gronovio debetur et firmatur Mss. Vat.

x) Sic Lipſ. e Cod. ſuo. Vulgo olim *ſtatim unicuique*. Ex quibus lectionibus inter ſe conjunctis cum Carol. Ruo Witte ſic legendum eſſe putaverim: *ſolus ſtatim et unus cuique*. — Mox Pichena corrigi vult *tertio et viceſimo*. — Ante Rhen. *multoaetatem*. — Ed. Riv. *hodie*; omiſit *que*. Ms. Vat. *hodie quoque*.

y) Sic Rhen. Ante eum *in ſcena*. Lipſ. ipſe damnavit conjecturam ſuam *in ſcholas*. — *M. Craſſo* vulg. lectio eſt. Sed intelligendus h. l. *L. Craſs.* Igitur, cum nullum in *Domitio* nomen ſit, uncis incluſi praenomen. Delere illud jam voluerunt Schurzfl. Heum. Erneſt.

tempora exstitisse, nec placuisse majoribus nostris, ex eo manifestum est, quod, [M.] Crasso et Domitio Censoribus, cludere, ut ait Cicero, *ludum impudentiae* jussi sunt. Sed, ut dicere institueram, z) deducimur in scholas, *a*) quibus, non facile dixerim, utrumne locus ipse, an condiscipuli, an genus studiorum plus mali ingeniis afferant. Nam in loco nihil reverentiae, sed in quem nemo nisi imperitus aeque intrat. In condiscipulis nihil profectus, cum pueri inter pueros, et adulescentuli inter adulescentulos, pari securitate *b*) [et] dicant et audiantur. Ipsae vero exercitationes magna ex parte contrariae. Nempe enim duo genera materiarum apud rhetores tractantur, suasoriae et *c*) controversiae. Ex iis suasoriae quidem, [etsi] tam,

z) *Deducimur*, lectionem Vett. Edd. restitui. Mss. Vat. *deducuntur;* quod cum Broterio scripserunt Ernest. Schulz. Oberl.

a) Sic vulg.; Particulam *in* ante *quibus* addunt Schurzfl. Heuman. Schulz. Oberl. — Pro *adferant* Heum. in Addend. *afferat.* — *Sed* ante *in quem* delendum censet Ernesti. Alii mutant *in est.* Sic Schurzfl. Heum. — Vett. Edd. *imperitus, aeque intrat.* Sic distinctio turbatur. Recent. (e Vat. potissimum codd.) *aeque* ante *imperitus* posuerunt, ne conjungerentur *aeque* et *intrat.* Equidem sequor veterem scripturam.

b) *Et* uncis inclusum abest a libris Editis. E Mss. Vat. cum Broterio scripserunt Ernesti, Schulz., Oberl. —

c) Verba *controversiae* usque ad alterum *controversiae* desunt in libb. Editis. Lips. e Codice Farnes. restituit. — *Etsi* ante *tamq.* expungunt Muret. Acid. Freinsh. Schulz. Oberl., quod non ausim. Uncis inclusi. Pith. post *etsi* alteriscum posuit. Schurzfl. in *tamquam* suspicatur glossema, scribique vult *ac si plane.*

tamquam plane leviores et minus prudentiae exigentes, pueris delegantur; controversiae robustioribus adsignantur, quales *d*) per fidem, et quam incredibiliter compositae! Sequitur autem, ut materiae abhorrenti a veritate declamatio quoque adhibeatur. Sic fit, ut tyrannicidarum praemia, aut vitiatarum electiones, aut pestilentiae remedia, aut incesta matrum, aut quidquid in schola quotidie agitur, in foro vel raro, vel numquam, ingentibus verbis persequantur: cum ad veros judices ventum est, ...

* * *

* * *e*) rem cogitare, nihil humile, nihil abjectum eloqui poterat.

Magna

d) In Edd. Vett. *perfidiae*. Lipf. *perfidium*. Sed e Cod. Farnef. noſtrum *per fidem*. Alii *proh fidem*. Groslot. *ſuper fidem*. Bip. *praeter fidem*. — Poſt *declam. quoq.* ſupplet Pith. *ſimilis*. Acidal. *par* vel *talis*. Heum. dedit *par*. Schurzfl. *decl. aequa* (ex *quoque*).

e) Magna hic lacuna. Nullam agnoſcit cum Ed. pr. Spirenſi Puteolanus. Sed jam Beroaldus. Cod. Farnes., ſpatio grandi interpoſito ad verba *rem cogitare*, addit *multum deficit*. Sic Vat. Ms. In alio Vat.: *hic deſunt ſex plagellae*. Brot. deeſſe putat, extrema ſermonis Meſſalae, integram I. Secundi orationem, et initia in ſermone Materni, ad quem verba *rem cogitare* ſeqq. referenda. Vid. Schulz. Exc. V. Heum. aliter. Schulting. haud magnam adeſſe lacunam exiſtimat. Sic ſupplet: *Cum ad veros judices ventum eſt, nec rem cogitare poſſint, qui nihil humile, nihil abjectum eloqui poterant. Commoveri ad haec Aper; et Maternus: Ita eſt, inquit. Magna eloquentia* caet. Schurzfl. ſic: *ingentibus verbis perſequantur, cum, ubi ad veros judices ventum eſt, nihil humile, nihil abjectum eloqui oporteat.*

XXXVI Magna eloquentia, sicut flamma, materia alitur et motibus excitatur et urendo clarescit. Eadem ratio in nostra quoque civitate antiquorum eloquentiam *f*) provexit. Nam etsi horum quoque temporum oratores ea consecuti sunt, quae, composita et quieta et beata republica, tribui fas erat: tamen ista perturbatione ac licentia pleraque sibi adsequi videbantur, cum, mixtis omnibus, et moderatore uno carentibus, tantum quisque orator saperet, quantum erranti populo persuaderi poterat. Hinc leges assiduae et populare nomen, hinc conciones magistratuum paene pernoctantium in rostris, hinc accusationes potentium reorum, et adsignatae etiam domibus inimicitiae, hinc procerum *g*) factiones et assidua Senatus adversus plebem certamina. Quae singula etsi distrahebant Rempublicam, exercebant tamen illorum temporum eloquentiam, et *h*) magnis cumulare praemiis videbantur: quia, quanto quis-

f) Vett. Ed. *pervexit* et mox *imbui* pro *tribui*. Lipſ. correxit. Schulting. *fas non erat*. — Pro *orator*. Schurzfl. *rhetores* vult. — Repoſui *pleraque*, quod eſt in Vett. Edd. Lipſ. *plura* ſubſtituit.

g) Heum. *perſuadere*. Idem: *leges agrariae, populare nomen. Et* e Rhenan., et ſeqq. omiſſum e Mss. primus reſtituit Brot. — *Magiſt.* eſt a Libro Lipſ. Antea *migrantium*. — *Factiones* deeſt in Edd. Vett. Lipſ. e conjectura dediſſe videtur. — Ante Rhenan. erat *ſenectutis;* qui *ſenatus* emendavit.

h) Ante Lipſ. *magis*. — Put. et Beroald. *aut Princip.* Sed Ed. pr. jam *apud*. Sic reſcripſit primus Rhen. — Pro lectione Vett. Edd. *probabat* Lipſ. dedit e conjectura *parabat*. Ante eumdem legebatur: *reverſuri volebant: hi et P. et Conſulatui vacare.*

quisque plus dicendo poterat, tanto facilius honores adsequebatur; tanto magis in ipsis honoribus collegas suos anteibat; tanto plus apud principes gratiae, plus, auctoritatis apud patres, plus notitiae ac nominis apud plebem parabat: hi clientelis etiam exterarum nationum redundabant: hos ituri in provincias magistratus reverebantur, hos reversi colebant: hos et Praeturae et Consulatus vocare ultro videbantur: hi ne privati quidem sine potestate erant, cum et populum et Senatum consilio et auctoritate regerent. Quin immo sibi ipsi persuaserant, neminem sine eloquentia aut adsequi posse in civitate, aut tueri conspicuum et eminentem locum. Nec mirum, cum etiam inviti ad populum producerentur: cum parum esset, in Senatu breviter censere, nisi *i*) qui ingenio et eloquentia sententiam suam tuerentur: cum, in aliquam invidiam aut crimen vocati, sua voce respondendum haberent, cum testimonia quoque in *k*) publicis . . . non absentes, nec per tabellam dare, sed coram et praesentes dicere cogerentur. Ita ad summa eloquentiae praemia magna etiam

i) *Nisi qui — tueretur* vulgo scribitur. Lips. *nisi quis.* Probant Heum. et Brot. Deleto *qui* Ernesti corrigi jubet *tuerentur.* Recepit Schulz. Nos: *nisi qui — tuerentur.*

k) Vulg. *in publicis non absentes.* Rud. Agricol. supplet *in publ. judiciis;* quod placebat Lipsio. Ernesti: *in judiciis*, omisso *publicis.* Sic jam Heum. scripserat. Bip. *in publicis caussis;* hoc recepit Schulz.; conject. Ernestii expressit Oberl. *et publ.* ex *jud.* ortum putat. Nos praetulerimus Rudolphi conjecturam.

etiam neceſſitas accedebat; et *l*) quomodo diſertum haberi, pulchrum et glorioſum: ſic contra mutum et elinguem videri, deforme habebatur.

xxxvii Ergo non minus rubore, quam praemiis *m*) ſtimulabantur: ne clientulorum loco potius, quam patronorum numerarentur: ne traditae a majoribus neceſſitudines ad alios transirent: ne tamquam inertes et non ſuffecturi honoribus, aut non impetrarent, aut impetratos male tuerentur. Neſcio an venirent in manus *n*) veſtras haec vetera, quae [et] in antiquorum bibliothecis adhuc manent, et *o*) nunc maxime a Muciano con-

l) Vulgo: *accedebat, et commoda.* Diſertum haberi, p. e. g.; *ſed contra.* Muretus transpoſuit *ad. ſ. eloquentiae commoda, magna e.* Acid. *et quo modo.* Schurzfl. et Heum. *ſic contra.* Quas conjecturas cum Schulz. et Oberl. expreſſimus. Schel. *et non modo diſertum.* Sic Dureau de Lamalle.

m) Ante Rhen. *ſtipulabantur.* — *Clientularum* habent Vett. Edd.; *clientulorum.* Recentt. Erneſt. ſuadebat *clientelarum*, quod Brot. et Schulz. receperunt. Sed vid. Oberl. — *Tranſiſſent* Edd. Vett. lectio eſt. Lipſ. emendabat. — Nonnulli a verbo *neſcio* caput demum incipiunt.

n) Edd. antiq. *noſtras.* Rhen. correxit. — Schurzfl. inſequentia verba videntur laborare. Conjectat: *haec adverſaria, quae et antiquariorum bibliothecis adh. m.* Bip. omiſſo *haec* ac *et* mutato in *in* recepere hanc lectionem. Sed *antiquariorum* praetulerim. Praepoſ. *in* abeſt a Libb. Edd. Nos *et*, quod ex *in* ortum videtur, incluſimus uncis. Sic Ms. Vat. *quae in antiquorum.* et alter Vat. *quae et in antiq.* Heum. jam ſcripſerat *in antiq.* omiſſo *et.*

o) Ed. pr. *et cum maxime*, quod Erneſtius, Schulz., Oberl. ſcripſerunt. Puteol., caeteriſque

et

contrahuntur; ac jam undecim, ut opinor, Actorum libris et tribus Epistolarum composita et edita sunt. Ex his intelligi potest, Cn. Pompejum et Marcum Crassum non viribus modo et armis, sed ingenio quoque et oratione valuisse: Lentulos et Metellos et Lucullos et Curiones et caeteram procerum manum, multum in his studiis operae curaeque posuisse, nec quemquam illis temporibus magnam potentiam sine eloquentia consecutum. His accedebat splendor rerum et magnitudo causarum, quae et ipsa plurimum eloquentiae praestant. Nam multum interest. utrumne de furto, aut *p*) formula et interdicto dicendum habeas, an de ambitu comitiorum, expilatis sociis et civibus trucidatis. Quae mala sicut non accidere melius est, isque optimus civitatis status habendus est, quo nihil tale patimur: ita cum acciderent, ingentem eloquentiae materiam subministrabant. Crescit enim cum amplitudine rerum vis ingenii, nec quisquam claram et illustrem orationem efficere potest, nisi qui causam parem invenit. Non, opinor, Demosthenem orationes illustrant, quas adversus tutores suos composuit: nec Ciceronem magnum oratorem P. Quintius defensus aut Licinius Archias faciunt: Catilina et Milo et Verres et Antonius hanc illi famam

et nunc m., quod cum Bip. restituimus. — Heum. pro *contrah.* voluit *protrahuntur*.

p) Schulting. et Heum. *aut formula interdicti.* — Antea pro *spl. rerum*, Mss. Vat. *spl. reorum.* — Tum pro *civibus* Ed. pr. *comitibus.* — Mss. Vat. pro seqq. *quo nihil tale* habent *in quo n. t.*, quod probo.

famam circumdederunt; non, quia *q*) tanti fuit Reipublicae malos ferre cives, ut uberem ad dicendum materiam oratores haberent: ſed, ut ſubinde admoneo, quaeſtionis meminerimus, ſciamusque, nos de ea re loqui, quae facilius turbidis et inquietis temporibus exſtitit. Quis ignorat utilius ac melius eſſe frui pace, quam bello vexari? Plures tamen bonos proeliatores bella, quam pax ferunt. Similis eloquentiae conditio. Nam quo ſaepius ſteterit tamquam in acie, quoque plures et intulerit ictus et exceperit, quo major adverſarius, *r*) et acrior, qui pugnas ſibi aſperas deſumpſerit, tanto altior et excelſior; et illis nobilitatus *s*) discriminibus,

q) Heum. *tanti fuit reipublicae, ferre.* — Pro *exſtitit* Lipſ. *exſiſtit* in margine annotavit. — Loco *eloquentiae* Schelius voluit *eloquentis.*

r) Vulg. *eo acrior, qui pugnas.* Liber Lipſ. *eo acr. per pugnas.* Lipſ. *et acrior, quo plures ſibi.* Rutgers. *eo acrior par, qui pugnas.* Acidal. *exceperit, eo acrior; quo major adverſarius, tant. a. e. exc., qui pug.* Sic fere optimus meus Carol. Witte vult: *quo acrior adv., eo major, qui.* Sed inſequentia *tanto alt.* non priore loco pati *eo* videntur. Schel. *quo acrior, quem per pugnas.* Schurzfl. *quoque major adverſarius, eo acrior orator, qui pugnas ſibi aſperas deſumſerit. Tanto.* Heum. *quo major adverſarius et acrior pugnas.* Schulz. *et quo acrior, quicum pug.* Oberl. *et acrior, qui cum.* Nos Vulg. lect. et Lipſii conjecturam ſequuti ſumus. Bene Ms. Vat. *et acrior.*

s) Vulg. *criminibus.* Lipſ. *discriminibus.* Sic Lat. Latinius, Schel. et Acidal. voluere; qui tamen conjicit *certaminibus*, quod bene in ſenſum loci mihi quadrare videtur. Heum. *nobilitata diſcrim.* Ita Lat. Latinius. Bip. receperunt.

nibus, in *t*) ore hominum agit, quorum ea natura est, ut secura velint.

Transeo ad formam et consuetudinem veterum judiciorum: quae etsi nunc aptior est *u*) veritati, eloquentiam tamen illud forum magis exercebat, in quo nemo intra pauciſſimas horas perorare cogebatur, et liberae comperendinationes erant, et modum dicendi ſibi quisque ſumebat, et numerus neque dierum neque patronorum finiebatur. Primus *v*) hujus rei ſpatia tertio Conſulatu Cn. XXXVIII.

t) Vulg. *in more.* Lipſ. *in ore* correxit. Schurzfl. *quae in ora hominum agit.* — Mox dedimus Vulg. lect. Recentt. (inprimis Schulz. Oberl.) voluerunt *nolint* Rud. Agric. *ut dubia laudent, ſecura nolint*, (Acid. eodem modo, ſed *malint*. Hoc expreſſit Heum.), quod placuit Lipſ. et Schurzfl.

u) Vulg. *quae et ſi nunc aptior eſt, * ita erit eloquentia, tanto ill.* Rud. Agric. noſtram, quam adhuc ſervavimus, dedit lectionem, Lipſio et Gronovio probatam, atque ab Heum. et Schulz. receptam. Rhen. pro *aptior* ſcripſit *arctior.* Lat. Latinius: *quae uti nunc arctior eſt, ita erit eloquentia. Antea illud.* Muret. *aptior eſt, at certe eloquentia tamen illud.* Acidal. *aptior exiſtimatur, eloquentiam tamen illud.* Schulting. *aptior eſt, interit ea eloquentia tamen, quam illud.* Incertus apud Schurzfl. *quae quanto apertiori excita erat eloquentia, tanto illud.* Schurzfl. *aptior eſt temperiei, eloquentia tamen illud.* Bip. *aptior eſt civitati, eloquentia tamen illud.* Hoc etiam expreſſit Oberl. — Ed. pr. *tantum illud.* Ex hoc emendabat Puteol. *tanto.* Mss. Vat. *tamen.* Nobis locus hic egregia carere videtur medela et verbum aliquod poſt *aptior eſt* excidiſſe. — Pro ſeq. *finiebatur* habet Ed. pr. *favebantur;* unde Puteol. *cavebatur.* Hoc placet Schurzfl.; Lipſ. correxit.

v) Poſt *primus* unam aut duas voces omiſſas eſſe putant Schurzfl. et Heum.; Vett. Edd. *primus*

Cn. Pompejus adstrinxit, imposuitque veluti frenos eloquentiae, ita tamen, ut omnia in foro, omnia legibus, omnia apud Praetores gererentur: apud quos quanto majora negotia olim exerceri solita sint, quod majus argumentum est, quam quod caussae centumvirales, quae nunc primum obtinent locum, adeo splendore aliorum judiciorum obruebantur, ut neque Ciceronis, neque Caesaris, neque Bruti, neque Coelii, neque Calvi, non denique ullius magni oratoris liber, apud Centumviros dictus, legatur, exceptis orationibus Asinii, quae *pro heredibus x) Urbiniae* inscribuntur, ab ipso tamen Pollione, mediis Divi Augusti temporibus, habitae, postquam longa temporum quies et continuum populi otium et assidua Senatus tranquillitas et maximi Principis disciplina ipsam quoque eloquentiam, sicut omnia alia, pacaverat?

XXXIX. Parvum et ridiculum fortasse y) videbitur, quod dicturus sum, dicam tamen, vel ideo, ut rideatur. Quantum humilitatis putamus eloquentiae attulisse penulas istas, quibus adstricti et velut inclusi cum judicibus fabu-

hujus . . . conf. Rug. Agric. conjecit nostrum. Lipsl. *hujusce spatia.* Schurzfl. *hujus spatia.* Brot. *hujusmodi spatia.* Rhen. omisit *hujus* et lacunam. Fortasse ex *conf.* scribendum *h. r. spatia Consul Cn. Pomp.* — *In* abest a Ms. Vat. Jam delendum esse censuerunt Acid. Schult. Ernest., qui tamen probare se *ex* dicunt. — Mox Vulg. *solit. sunt.* Correxit Acidal. —

x) Edd. Vett. *Ironiae.* In veteri apud Lipsl., qui nomen correxit, *Urinïae.*

y) Vulg. *videtur.* Nostrum voluerunt Urs. Muret. Acid. Ernest.

fabulamur? quantum virium detraxiſſe orationi auditoria et tabularia credimus, in quibus jam fere plurimae cauſſae explicantur? Nam quo modo nobiles equos curſus et *z*) ſpatia probant; ſic aliquis oratorum campus, per quem niſi liberi et ſoluti ferantur, debilitatur ac frangitur eloquentia. Ipſam quin immo curam et diligentis ſtili anxietatem contrariam experimur: quia ſaepe interrogat judex, quando incipias: et ex interrogatione ejus incipiendum eſt. Frequenter probationibus et teſtibus ſilentium *a*) patronus indicit. Unus inter haec dicenti aut alter adſiſtit, et res velut in ſolitudine agitur. Oratori autem clamore plauſuque opus eſt, et velut quodam theatro: qualia quotidie antiquis oratoribus contingebant: cum tot pariter ac tam nobiles forum coarctarent: cum clientelae quoque et tribus et municipiorum legationes ac *b*) partes Italiae periclitan-

z) *Stadia* conjecit incertus aliquis ap. Schurzfl. — Lipſ. conjectavit, quae vulg. lect. eſt, hujusmodi: *ſic eſt aliquis oratorum campus.* Ed. pr. *ſic alius.* Put. Alc. Rhen. *ſic latus;* quod probo. At ex Ed. pr. *aliquis* commodius erui poteſt. *Eſt*, quod abeſt a Vett. Edd., delevi. Mox Ed. pr. *diligens.* Puteol. correxit *diligentem.* Scribendum *diligentis;* quod eſt in Mss. Vat. — *Quando incipis* vult Pichon. Vulgo verba haec typis diſtincta ſunt.

a) Morabin: *patrono indicit.* De la Monnoye: *patronis;* quod ſcripſit Oberl.; Schulz. *patrono indicitur.* — Reſtituimus *aut alter*, quod in Beroald. Editione eſt. Rhen. et ſeqq. ſcripſerunt *ac*, quod Erneſti in *atque* commutari vult.

b) Ed. pr. *ac partis Italiae — aſſiſteret.* Inde Puteol. *ac partes Italiae aſſiſteret.* Alii: *aſſiſterent.* Mss. Vat. *pars Ital. adſiſteret*, quod recepit Brot. — Copulam *et* ante *legationes* delevit Rhen. Brot. habet *etiam.*

clitantibus adfisteret; cum in plerisque judiciis crederet Populus Romanus sua interesse, quid judicaretur. Satis constat C. Cornelium et M. Scaurum et T. Milonem et L. Bestiam et P. Vatinium concursu totius civitatis et accusatos et defensos ut frigidissimos quoque oratores, ipsa certantis populi studia, excitare et incendere potuerint. Itaque hercule ejusmodi libri exstant, ut ipsi quoque, qui egerunt, non aliis magis orationibus censeantur.

XL. Jam vero conciones assiduae, et datum jus *c*) potentissimum quemque vexandi, atque ipsa inimicitiarum gloria, cum se plurimi disertorum ne a P. quidem Scipione, aut Sulla, aut Cn. Pompejo abstinerent, et ad incessendos principes viros, ut est natura invidiae, populi etiam *d*) adrectioribus auribus uterentur, quantum ardorem ingeniis, quas oratoribus faces admovebant! *e*) Non de

c) *Quoque* post *jus* produnt Edd. Vett.; Gronov. voluit *cuique*. Sed abest a Mss. Vat. Igitur Broter. bene cum caeteris delevit. — *Abstinuerunt* vulgata lectio. Rhen. *abstinuerint*. Acidal. *abstinerent*. Sic Mss. Vatic. — Vett. Edd. habent *incendendos*. Nostrum debetur Lipsio.

d) Vulg. *histriones auribus*. Acid. *histriones quoque populi*. Schurzfl. *populi, ceu histriones*. Bip. haud male: *histricis* auribus (legere etiam posses *histrionis* (*um*) *aurib.*). Ex Heum. conjectura nostrum profectum est. Schulz. haud inepte: *strictioribus*. — In Mss. Vat. et Ed. pr. *populi et;* hoc compendio vel librariorum errore scriptum pro *p. etiam*. Sic dedi cum Broter.; Puteol. emendavit *quoque*.

e) Hic malit Muret. *non enim de*. et mox *sed* delet, quod placet Heumanno. Idem H. h. l. ingentem

de otiosa et quieta re loquimur, et quae probitate et modestia gaudeat: sed est magna illa et notabilis eloquentia, alumna licentiae, quam stulti *libertatem* vocabant, *f*) comes seditionum, effrenati populi incitamentum, sine obsequio, sine servitute, contumax, temeraria, arrogans, quae in bene constitutis civitatibus non oritur. Quem enim oratorem Lacedaemonium, quem Cretensem *g*) accepimus? quarum civitatum severissima disciplina et severissimae leges traduntur. Ne Macedonum quidem ac Persarum aut ullius gentis, quae certo imperio contenta fuerit, eloquentiam novimus. Rhodii quidam, Athenienses plurimi oratores exstiterunt, apud quos omnia populus, omnia imperiti, omnia, ut sic dixerim, omnes poterant. Nostra quoque civitas, donec *h*) erravit, donec se partibus et dissensionibus et discordiis confecit, donec nulla fuit in foro pax, nulla in senatu concordia, nulla in judiciis moderatio,

gentem esse hiatum putat et sic scribit: *admovebant!* *** *Nos de otiosa.* — Mox idem *vocant* scribi vult. — Deinde Lips. in margine *stulte lib.* —

f) Acid. *fomes*, quod expressit Heum. — *Sine servitute* habent Vett. Edd. Alii *s. severitate.* Heum. *sine servit.*, ejicit et jungit *sine obseq. contumax.*

g) Vulgo *accipimus.* Nostrum a Lips. — Pro *sever. leg.* Schelius conjicit *sanctissimae leges.* — *Nec M. q.* erat ante Ernestium. — Vulg. lect. *ac ullius.* Schurzfl. primus dedit. Mss. Vat. confirmant. — Pro *contenta fuerit* Heum. voluit *cont. fuit.* — Ex Mss. Vat. dedit Brot. *plurimi Athen.* —

h) Rhen. voluit *certavit.* — Mox Lips. a libro addidit verba ab *nulla in S.* usque ad *moderat.* — Tum reposuimus *sed nec tanta* — Mss. et Edd. Vett. *nec tuta respubl.* Rhen. *nec tanti reipubl.* Alii post *sed* addunt *dein.*

tio, nulla ſuperiorum reverentia, nullus magiſtratuum modus, tulit ſine dubio valentiorem eloquentiam, ſicuti indomitus ager habet quasdam herbas laetiores. Sed nec tanta Reipublicae Gracchorum eloquentia fuit, ut pateretur et leges: nec *i*) bonae famam eloquentiae Cicero tali exitu penſavit.

XLI. *k*) Sic quoque, quod ſupereſt antiquis oratoribus, forum *l*) non emendatae, nec usque ad votum compoſitae civitatis argumentum eſt. *m*) Quis enim nos advocat, niſi aut

i) Vulg. *nec bonae formam eloquentiae.* Lectionem hanc tuetur Gronov. Acid. *nec antiquis oratoribus bonae forma eloq., quam Cicero tali exitu p. Sic quoque quod ſupereſt forum.* vel: *Nec a. o. b. f. e. Cicero tali exitu p.* Heum. *nec bonae famae eloquentiae Ciceronem. Famam* voluit Muret. Sic Ed. Venet.; Broter. *bene*, quod et in Ms. Vat. ſupra ſcriptum reperit. Etiam recepit Schulze. — Nos legimus, ut textus docet. — Deinde Erneſti maluit *pari* pro *tali.*

k) Heum. *hoc quoque.* — *Antiquis oratoribus* lectio Edd. Vett. eſt cum Heum. et Bipp. hoc ſervavimus. Gronov. *antiqui oratoribus;* quod Schulz. et Oberl. expreſſerunt. Brotier poſt *ſupereſt excidiſſe* putat *ex*, quod etiam Erneſti dedit. Rectius videtur *antiquitatis.* Syllaba finalis compendio ſcripturae delebatur. Alii: *iniquis orat.* —

l) Edd. Vett. *non emendare.* Ed. Ven. *non emendate.* Faernus et Lipſ. *non emendatae.* — *Nec usquam* vulg. Acid. et Heum. *nec usque quaque.* Lipſ. *nec usque.*

m) *Vulg. argum. eſt quidem, quod nemo nos.* Acid. vult: *argum. eſt. Quid enim? quod nema nos.* Lipſ. noſtrum in Cod. Farnes. invenit. — Pro *clientelam* voluit Pith. *civitatem*, quod cum eo ſcripſerunt Heum. Bip. Schulz., probantibus Schel. et Erneſt.

aut nocens, aut miſer? quod municipium in civitatem noſtram venit, niſi quod aut vicinus populus, aut domeſtica discordia agitat? quam provinciam tuemur, niſi ſpoliatam vexatamque? Atqui melius fuiſſet non *n)* queri, quam vindicari. Quod ſi inveniretur aliqua civitas, in qua nemo peccaret, ſupervacuus eſſet inter innocentes orator, ſicut inter ſanos medicus. Quomodo tamen minimum uſus minimumque profectus ars medentis habet in his gentibus, quae firmiſſima valetudine ac ſaluberrimis corporibus utuntur: ſic minor oratorum obſcuriorque gloria eſt inter bonos mores, et in obſequium regentis paratos. Quid enim opus eſt longis in Senatu ſententiis, cum *o)* optimi cito conſentiant? Quid multis apud populum concionibus, cum de Republica non imperiti et multi deliberent, ſed ſapientiſſimus et unus? Quid voluntariis accuſationibus, cum tam raro et tam parce peccetur? Quid invidioſis et excedentibus modum defenſionibus, cum clementia cognoſcentis obviam periclitantibus eat? Credite, optimi, et, in quantum opus eſt, diſertiſſimi viri, ſi aut vos prioribus ſeculis, aut iſti, quos miramur, his nati eſſent, ac deus

n) Muret. et Acid. *non fieri.* — *Vindicari* e conjectura Lipſii. Ante eum *judicari.* — Pro *quomodo tamen* Heum. *quom. enim.* — *Minor horum orat.* habent Vett. Edd.; *horum* ſuſtulit Rhen.

o) Lect. antiq. *optima.* Haud male. Rhen. *optimi.* Rud. Agric. *cum optima cito cenſeantur.* Lipſ. *cum optimis.* — Pro *excedent.* Pithoei Liber habet *excellentibus.*

deus aliquis *p*) vitas vestras, vestra tempora repente mutasset; nec vobis summa illa laus et gloria in eloquentia, neque illis modus et temperamentum defuisset. Nunc, quoniam nemo eodem tempore assequi potest magnam famam et magnam quietem, bonis seculi sui quisque, citra obtrectationem alterius, utatur.

XLII. Finierat Maternus. Tum Messala: *Erant*, quibus contradicerem, erant de quibus plura dici vellem, nisi jam dies esset exactus. *Fiet*, inquit Maternus, postea arbitratu tuo, et, si qua tibi obscura in hoc meo sermone visa sunt, de his rursus conferemus. Ac simul assurgens, et Aprum complexus, *Ego*, inquit, te poëtis; Messala, *q*) antiquariis criminabimur. *At* ego vos rhetoribus et scholasticis, inquit.

Cum arrisissent, discessimus.

p) *Vestras* deest in Vett. Cod. Rhen. adjecit. Pith. Liber bene aut *vestra temp.* — *Neque illos mod.* ante Rhen. erat. — Mox Acidal. *temper. in certaminibus* vel *turbis.* — *Bono secul. f.* Mss. Vat.; Ernesti probat. Brot. Bip. Oberl. receperunt. Edd. Vett. *hujus sec. f.* Ex quo emendabatur.

q) Vet. Pith. liber et Mss. Vat. *cum antiquariis.* — Pro *at ego* Schurzfl. *At Aper* I. *at ille*, *Ego* caett.